QUA RATIONE ET QUIBUS TEMPORIBUS

FINES DOMINII REGII

IN GABALITANO

CONSTITUTI SINT

[ANNO MCLXI — ANNO MCCCVII]

THESIM

Facultati litterarum in Universitate Parisiensi

PROPONEBAT

J. ROUCAUTE

MONSPELIENSIS ET LUGDUNENSIS UNIVERSITATUM

OLIM ALUMNUS

AD DOCTORIS GRADUM PROMOVENDUS

MIMATAE

TYPIS A. PRIVATI EDITORIS

ANNO MCM

QUA RATIONE ET QUIBUS TEMPORIBUS

FINES DOMINII REGII

IN GABALITANO

CONSTITUTI SINT

[ANNO MCLXI — ANNO MCCCVII]

THESIM

Facultati litterarum in Universitate Parisiensi

PROPONEBAT

J. ROUCAUTE

MONSPELIENSIS ET LUGDUNENSIS UNIVERSITATUM
OLIM ALUMNUS

AD DOCTORIS GRADUM PROMOVENDUS

MIMATAE
TYPIS A. PRIVATI EDITORIS
ANNO MCM

OPTIMO VIRO DOCTISSIMO

MAGISTRO MEO

C. BAYET

GRATISSIMI ANIMI PIGNUS

HANC THESIM

d. d. d.

J. ROUCAUTE

INDEX
documentorum et operum, seu adhuc manuscriptorum, seu typis mandatorum, quibus haec Thesis fulcitur

I

Documenta adhuc manuscripta

Archives Nationales. — J. 894. n° 9. — « Procédures et enquêtes entre les rois Louis IX et Philippe III d'une part, Odilon de Mercœur, évêque de Mende, d'autre part, au sujet du Gévaudan (1269-1271). Cinq cahiers, papier, incomplets et détériorés ».

Archives départementales de la Lozère. — Série G. « Ancien fonds de l'évêché de Mende. — Inventaire. 2 vol. 1882 et 1890, par F. André ». — Cf. G. 457, de Regis Aragonum juribus in Gabalitano, — G. 872, de Pariagio, anno MCCCVII icto, — G. 757, sive Cod. « *Feuda Gabalorum* » de « proprietatibus regiis in Gabalitano, anno MCCCVII », etc.

II

Documenta typis mandata

Maisonobe (A.) et Porée (C.) « Mémoire relatif au Paréage de 1307, conclu entre l'évêque de Mende, Guillaume II Durant, et le roi Philippe-le-Bel ». — Arch. Lozère. G. 730. — Bull. Soc. Lozère. 1896 et 1897.

Roucaute (J.) et Saché (M.) — Lettres de Philippe-le-Bel relatives au Pays de Gévaudan. — Mende 1897, in-8°. A. Privat, ed.

Vaissète (Dom). — Histoire générale de Languedoc. Toulouse. E. Privat, ed. Tom. VIII et X. Preuves.

III

Tabulae

« Carte de la partie orientale du Gouvernement de Languedoc, où se trouve, dans les Sévènes et le Bas-Languedoc, le diocèse de Mende et Gévaudan, par le sieur *N. de Fer* ». Paris, 1703. Bénard ed. in-f°.

« Carte de la France », a « *C. Fr. Cassini* », XVIII° saeculo evolvente, delineata. — Paris, in-f°.

« Carte de la Province de Languedoc dressée par ordre et aux frais des Estats sous la direction de *MM. Cassini, de Montigny et Perronet*, réduite sur l'échelle d'une ligne par 500 toises, par le sieur *Capitaine* » In-f°. 1781.

« Carte du département de la Lozère publiée, sous les auspices du Conseil Général, par *Laurent*, agent-voyer en chef ». Mende, 1861.

« Carte topographique de la France, commencée par le corps des ingénieurs géographes, continuée par le corps d'Etat-major ». Paris, 1836 sqq. in-f°.

« Nouvelle carte de la France au 1/100.000, dressée par le service vicinal, par ordre du Ministère de l'Intérieur ». Paris, in-f°.

« Plans cadastraux des communes du département de la Lozère ».

IV

Geographici indices

Bouret (F.) — Dictionnaire géographique de la Lozère. In-8°. 1852. Mende. Boyer, ed.

Ignon. - Nomenclature des communes de la Lozère suivie de quelques remarques historiques et statistiques. – Annuaire départemental. Append. histor.

Arrond. de Mende — ibid. ann. 1830.
Arrond. de Marvejols — ibid. ann. 1831.
Arrond. de Florac — ibid. ann. 1832.

Vincent (P.) — Dictionnaire des lieux habités du département de la Lozère. in-8°. Mende. Privat, ed.

V

Opera typis mandata

F. André. — « La Vicomté de Grèzes sous la domination des Comtes de Barcelone et des Rois d'Aragon ». Bull. Soc. agr. Lozère. ann. 1886.

Prouzet (l'abbé). — Annales pour servir à l'histoire du Gévaudan. — 2 vol. in-8°, 1843 et 1844. Saint-Flour. Villefort. ed.

— Histoire du Gévaudan. 2 vol. in-8°, 1846-1848. Mende. Pécoul, ed.

Prunières. — La baronnie de Peyre. 1 vol in-8°. (excerpt. e Bull. Soc. Lozère. ann. 1866).

Tourtoulon (C. de). — Jacme I, roi d'Aragon. Paris, 1863-1867. 2 vol. in-8°.

Vaissète (Dom). Histoire générale de Languedoc, t. vi et xii. (Cf. not. 18. – A Molinier).

PROŒMIUM

Chartarum antiquissima, Capaticiis regnantibus, quae ad Gabalitanum pertinent, anno MCLXI scripta est. Antea Francorum Regis auctoritas in hoc pago minime valebat; primum enim, hoc anno, mimatensis epicopus Capaticiorum stirpi *dioecesis suae homagium fecit* (1). Pro qua re gratus, Ludovicus VII *aurea bulla* praesuli tribuit in ejus episcopatu regalia jura.

Post unum et dimidium saeculum, anno MCCCVII, Philippus IV Rex et Guillelmus II Duranti episcopus invicem *pariagium seu compositionem fecerunt de feudis et retrofeudis*, quae Gabalitani nobiles alia a Rege, alia a praesule *tenebant*, sed inde utrique communia, quod ad jurisdictionem attinet, declarata sunt. Suarum tamen *propriarum terrarum*

(1) Cf. gallicam Thesim nostram, p. 8, not. 1 et 2. « Longe est a memoria hominum mortalium nostri temporis quod aliquis episcopus Gabalitanorum ad curiam antecessorum nostrorum, Regium Franciae, venerit, et eorum subditionem cognoverit, sive fidelitatem eis fecerit. »

Philippus et Guillelmus *possessionem* integram separatim retinuerunt. Ad quod pariagium in Gabalitano ultimum finium regii dominii incrementum pervenit.

Quod si Regi, XIII° saeculo vertente, contigit ut sibi ipsi ut vassos multos Gabalitanos nobiles submitteret, causa præcipua est quod apud eos auctoritate valuit non solum quia nominaretur Rex, sed etiam in eo pago haud parvum possideret dominium proprium. Medio enim aevo, illo tempore quo mores hominum tam rudes erant, quanticumque aestimaret suum Regis titulum, nihil tamen valuisset nisi quid agri obtinuisset.

Quae Regis Francorum terrenae opes in Gabalitano qua ratione et quibus temporibus creverint, nobis hoc opere ostendere in animo est, ut ita paululum adjuvemus rerum scriptores, qui de Regno Galliae, quomodo unum sensim factum sit, inquirere curant.

In episcopatu mimatensi ex partibus constitit duabus regium dominium, quarum altera *vicecomitatus de Gredona vel de Gabalitano* fuit, altera autem bajulia gebennica *Sancti Stephani de Vallifrancisca;* de quibus *proprietatibus*, — quippe quae non eodem anno, illa MCCXXIX°, haec MCCXLIII°, cum *Regis propriis terris* publice conjunctae fuerint, — separatim disseremus. In tertio capite, quae in dominio regio commutata sint, Ludivico IX regnante, inquirentur. In quarto denique, — ut ex inquisitionibus non typis adhuc mandatis, quae eodem ipso anno quo pariagium Philippi IV jussu factae sunt, nosci potest, — numerare certe licebit quales fuerint Regis *proprietates* in Gabalitano, XIV° saeculo ineunte, id est tempore quo ibi latissime patuere.

CAPUT I

QUIBUS TEMPORIBUS « VICECOMITATUS DE GREDONA (1) VEL DE GABALITANO » A FRANCORUM REGIBUS ACQUISITUS SIT.

Regis Francorum jura in vicecomitatum gredonensem anno MCCXXIV primum valuere : nam, illo tempore, Amalricus, *dominus de Monteforti*, Ludovico VIII ejusque successoribus in perpetuitatem comitatum concessit tolosanum, *cum alia terra Albigesii* (2). Amalricus vero, qui a suo patre, Simone, hereditatis causa, acceperat bona et jura Raimundi de Sancto Egidio, ab Ecclesia Romana spoliati, interim modo gredonensem obtinuerat vicecomitatum, quem Petrus II, Aragonum Rex, Raimundo V, Tolosae comiti, anno MCCIV, ut pignus tantum tradiderat.

Quare ab ineunte XIII° sæculo repetere convenit quaerentem quam ob rationem hunc vicecomitatum

(1) Grèzes. — *Cant.* Marvejols. — *Dép.* Lozère.
(2) Hist. Lang. t. VIII. c. 789.

Aragonum Reges, mimatenses episcopi et Reges Francorum posterius affectaverint.

Vicecomitatus de Gredona vel de Gabalitano et de Amiliavo (1), qui vicini erant, barchinonenses comites obtinuerant, cum unus ex iis, Raimundus Berengarius III, Dulciam, ultimi vicecomitum heredem, uxorem duxit (2). Anno MCLXXII, illorum proneptis, quae et ipsa Dulcia nominabatur, cum unica heres esset Raimundi Berengarii IV, innupta moritur: dominium ejus tum transmittitur Alfunso II, Aragonum Regi, qui consobrinus patris ejus erat (3). Ita vicecomitatus amiliacensis et gredonensis Aragonum Regno additi sunt.

Anno MCCIV, (4) Petrus II, Aragonum Rex, de Gredona et Amiliavo vicecomes, uxorem duxit Mariam, Guillelmi VIII heredem, qui Montispessulani dominorum hujus nominis ac generis fuit ultimus. Ille, cum una sacras Romae aedes visere statuisset, ex Aquis Mortuis cum quinque navibus profectus, Ostiam appulit mense novembri. Undecimo hujus mensis die apparatu magno coranatus est Romae ab Innocentio III. Cum haud parvi futura esse existimaret ea quorum non solum ad nuptiarum ritus et regni consecrationem eodem prope tempore opus esset sed etiam ad lautissimam classem ornandam, postquam

(1) Millau. *Dép.* Aveyron.

(2) Anno MCXII. — Hist. Lang. t. III. p. 610 sqq.

(3) De comitibus Barchinonæ et Aragonum Regibus, Cf. C. de Tourtoulon. — *Jacme I le Conquérant.* Op. cit. t. I. pp. 32 72.

(4) Aprili mense. [Hist. Lang. t. VI. p. 312].

vectigalia solita non satis suppeditare intelligebat, Petrus II Raimundo VI, Tolosae comiti, dominii sui partem quamdam pignori dare statuit.

Sed vicecomitatus de Gabalitano et de Amiliavo elegit tum, ut verisimile est, quia in extremis finibus *proprietatum* ejus hae regiones erant, tum etiam quod ipsius aut potius bajuli ejus auctoritati in his semper adversabatur turbulentus mimatensis episcopus, Guillelmus de Petra (1). Ergo tolosanus comes ei suppeditavit *CL solidos Melgoriensium sive tria millia marcorum argenti fini ad pondus Montispessulani.* Cujus mutui pignus (2), Aragonum Rex ei tradidit et ejus successoribus *burgum de Amiliavo et castrum de Chiraco et castrum de Gredona cum omnibus pertinentiis eorum et cum omni jurisdictione in militibus et aliis hominibus et feminis.* Ceterum ad solvendam pecuniam adscriptum est tempus nullum : quare nec Raimundus ipse, neque ejus heredes Petrum aut heredes ejus cogere potuerunt. Pollicetur etiam Raimundus se *burgum de Amiliavo et castra comitatus et totam terram predicti pignoris..... sicut terram propriam tractaturum et conservaturum et jura comitatus scienter deperire non permissurum,*

---

(1) Bajulo Aragonum Regis e Gabalitano expulso, Guillelmus de Petra, mimatensis episcopus, Marologium cepit. [Hist. Lang. t. IV. not. XXVI].

(2) Arch. Nat. J. 589 n° 1 [original]. — Teulet. Layettes du Trésor des Chartes. t. I. pp. 286-288. — Hist. Lang. t. VI. pp. 211 et 212. — Ibid. t. VIII. Cf. Chart. LXXX.

Eminens tamen *domanium* servat in terris pigneratis Aragonum Rex. (1).

Tolosanus comes ad vicecomitatus occupandos in Gabalitanum venit, Petro II comitante. Cum appropinquarent, clamavit praeco ab extrema turri gredonensis castelli : « Barchinona, Barchinona ! » simulque Aragonum vexillum ab antiqua arce elatum est (2).

Sed illud dominium, anno MCCIV pignori pro pecunia datum, pretio non relato (3), posterius tolosani comites proprium reipsa habuerunt. Ita Hispanorum Reges fines suos ad Pyrenaeos montes jam tum contraxerunt.

Quamdiu Capaticii parum firma auctoritate in occitaneis regionibus valuerunt, de eis contenderunt tolosani et barchinonenses comites, neque in gratiam prius inter se redierunt quam Symo, *dominus de Monteforti*, vi certamen composuit.

At vero, eadem sponsione qua, anno MCCIV, comitum tolosanorum creverat dominium, Regum Aragonum detrimento, praesto obversati sunt adversarii tolosanus comes et mimatensis episcopus, qui, XII° saeculo evolvente, id est tempore eodem quo barchi-

---

(1) F. André. — La Vicomté de Grèzes ou de Gévaudan sous la domination des Comtes de Barcelone et des Rois d'Aragon. Bull. Soc. Lozère. 1886. p. 363.

(2) Ibid. p. 364.

(3) *Vicesimo* enim *die mensis septembris, anno* MCCIX, testamento facto, tolosanus comes *dimittit et disponit Baldoyno, fratri* [*suo*] *et* [*ejus*] *infantibus*.-.. *totum pignus comitatus de Amelavo* [scilicet vicecomitatus de Amiliavo et de Gredona]...Hist. Lang. t VIII. c. 573.

nonenses comites, opes suas in Gabalitano auxerat.

Nullo enim coerciti imperio, atque hoc usi quod inter se tolosani comites et barchinonenses adversabantur, et impediebatur *Arverna Domus*, et procul aberant barchinonenses comites, mimatenses episcopi, summis in hac regione e gentibus nati, adjuvantibus praeterea vassis quos multos locupletesque circum habebant, sensim creaverunt suo jure quasi principatum, quem cum diœcesi sua confundere conati sunt.

Capaticiorum morem servans, Ludovicus VII libenter acceperat episcopum Aldebertum de Tornello, cum hic ad curiam ejus venerat, ut episcopatus sui *homagium faceret*. Pro nihilo habens hoc quoque a Domo de Sancto Egidio et ab Aragonum Regibus vindicari, temporalem episcopi anno MCLXI sanxerat auctoritatem, atque etiam, parvo quidem sumptu munificus, ei in tota diœcesi regalia jura tribuerat (1).

Hoc demum tempore mimatenses episcopi ab indigenis dominis atque etiam a barchinonensibus comitibus suam urbem omnino liberaverunt. Adhuc enim domini de Caniliaco, de Dolanis et de Cabreriis suumquisque ibi castellum habuerant : quin etiam contendebant se de episcopalibus ecclesia et palatio aliquid jure statuere posse, vacante sede. Quae jura Aldebertus de Tornello multis nummis ab his redemit (2). Idem episcopus, cum etiam barchinonensis comes

(1) Cf. sup. p. 9. not. 1.
(2) Arch. Lozère G. 1446.

aliquo modo Mimatam vindicaret, ubi castellum nomine *Castelfrag* possidebat, possessiones ejus et jura pecunia sibi comparavit. Quod ille, manibus Sancto Evangelio impositis, se visurum esse jurejurando dato ne quid detrimenti quum ecclesia mimatensis, tum urbs a quocumque in posterum caperet, spopondit. (1) Mimata postquam ita potitus est, Aldebertus eam munivit.

Itaque tolosanus comes et mimatensis episcopus jura uterque habuerunt, alter ab anno MCCIV ab Aragonum, alter autem ab anno MCLXI, a Francorum Regibus. Sed certandi nec otium nec tempus prae Albigensi Bello fuit.

Nam tribus post annis Innocentius III catholicos nobiles in haereticos occitaneos eorumque principes ad arma concitavit, Raimundum etiam sextum anathematizavit, eique sacramento obstrictos liberavit.

Quare Raimundus VI vicecomitatibus, quos ei pignori dederat Petrus II, diu non est fruitus. Hic quidem infelici levirc subvenerat, sed Murelli (2) devictus occisusque est mense septembri (3), anno MCCXIII. Tum Septimania atque septentrionales Hispaniae partes penes Sacri Belli ducem esse videbantur, — cum maxime heredem Aragonum regionum, Cataloniae, Montispessulani, vicecomitatuum de Gredona et de Amiliavo, puerum, sex annos natum, Jacobum nomine, Symo de Monteforti Carcassonae captivum tenebat.

(1) Arch. Lozère. G. 1444.

(2) Muret (Hte-Garonne).

(3) *Duodecimo die septembris mensis.*

Postquam ita devictus est adversarius, quo cum de Gabalitano regendo certabat, mimatensis episcopus, Guillelmus de Petra, vicecomitatum de Gredona, utpote haereticorum bonum, vindicavit et vi eo potitus est. Quem custodiendum uticencis episcopus, Pontificis nomine, ei mandavit (1). Tum, Gredona tradita a castellano qui ibi præerat, bellicosus episcopus castellum Sancti Amantis juxta Canonicam situm occupavit, aliaque quaedam vicecomitatus oppida. Marologii autem bajulus acrius obstitit atque nonnullas hebdomadas obsidionem toleraverit, nisi Guillelmus de Petra turribus ligneis expugnavisset urbem. Inde aragonensis hic bajulus e Gabalitano excessit (2).

Lateranum Concilium, decembri mense, anno MCCXV, Symoni de Monteforti omnem ab ejus militibus subactam regionem, a Biterris usque ad Pyrenaeos montes, postremo tribuit. Reliquum Raimundi comitis dominium, excommunicati suisque bonis evoluti, in sequestro deponendum erat (3).

At regina Aragonum, nomine Maria, Jacobi mater, paulo ante quam obiit, recenti papae Honorio III, Romae, in ipsa urbe, filium suum commendavit. Qui pontifex tuendum Jacobum et ejus bona suscepit, Symoque jussus est eum dimittere liberum. Jam abrogante Honorio quod anno MCCIV erat pactum,

---

(1) Hist. Lang. t. VI. p. 512. not. 8. p. 524.

(2) F. André. La Vicomté de Gévaudan..... op. cit. p. 366.

(3) Potthast. Regesta Pontificum romanorum inde ab anno MCXCVIII ad annum MCCCIV. Berlin 1874. 2 vol. in-4°. n° 5009.

sua ipsius auctoritate, mense junio, anno MCCXVII (1), ei restituit hic Pontifex amiliacensem gabalitanensemque vicecomitatus quos a Guillelmo de Petra retentos reddi jussit (2). At injussu Honorii, dominus de Monteforti una cum ruthenensi episcopo hos duo vicecomitatus Aragonum Regi eripuerunt (3).

Postquam Symo Tolosae urbis sub mœnibus occisus est, anno MCCXVIII, Amalricus filius ejus, iners et animi aeger, dominium suum, anno MCCXIX, Philippo II, Françorum Regi, obtulit. Cum vero abnuisset grandaevus rex, Almaricus successori ejus, Ludovico VIII iterum idem proposuit, maio mense, anno MCCXXII; at hic postquam annuerat, duobus post annis, mense februario, anno MCCXXIV, omnia accepit jura, quae dominus de Monteforti in occitanea regione possidebat (4). Quae quidem armis erant quærenda.

Ceterum Honorius III juveni Regi alterum Sanctum Bellum committit gerendum, simulque Concilium bituricense Raimundum VII (5) bonis spoliat (6). Unde tandem Capaticii dominorum de Monteforti occitaneas possessiones jam in hereditatem excepturi erant.

Illo igitur tempore, qui vicecomitatum de Gredona vindicant, quo tolosani comites destituti erant, duo sunt : Aragonum et Francorum Reges.

---

(1) *Sexto die junii mensis.*

(2) Hist. Lang. t. VI. p. 512. not. 8.

(3) Potthast. Op. cit. n° 7475.

(4) Hist. Lang. t. VI. p. 546.

(5) Raimundus VI mortuus est anno MCCXXII. Ibid. p. 548.

(6) Anno MCCXXV.

Rex Aragonum, Jacobus I, ob ea quae, junio mense, anno MCCXVII, Honorio III visa erant, pro nihilo ducit quae anno MCCIV pacta erant : nonne enim tolosanus comes utpote haereticus omnia sua perdiderat jura ?

Rex autem Francorum prae se ferens Amalricum sua sibi tradidisse, dominii quo spoliatus erat Raimundus comes heredem, illud quod pactum erat vigere affirmat : nunquam enim ab Aragonum Rege promissam mercedem solutam esse.

Episcopus quidem, Guillelmus de Petra, ab eo qui *vicecomitatum tenet homagium* poscit, quia totam mimatensem diœcesim, anno MCLXI, Ludovicus VII *in feudum* ipsi concessisset.

Statim inter se mutati sunt Jacobus I et Guillelmus de Petra, quod Aragonum Francorumque Reges invicem adversabantur. Anno enim MCCXXIII (1), cum consules amiliacenses se Coronae Aragoniae poscerent reddi, Jacobus sapientiae confidit *venerabilis patris et consanguinei Guillelmi, mimatensis episcopi.* Ab hoc tamen expostulat Gredonam : negat primum episcopus quippe qui magna impensa hoc castellum militibus occupaverit ; postremoque assentitur. Ibi ergo collocatur bajulus, nomine Borellus de Gredona, a Fulcone de Tornello, Jacobi I procuratore. At ille, cum sentiret castellum melius, Regis ipsius Aragonum gratia, conservatum iri ab hoc quam ab ullo alio, episcopo tandem tradidit. Octobri vero mense, anno MCCXXV, Jacobus bonorum suorum gabalitanen-

(1) F. André. La vicomté de Gévaudan. .. op. cit. p. 367.

sium *fecit homagium* Guillelmi de Petra successori, Stephano de Brivate. Cum a duobus inquisitorum suorum audivisset (1) licere sibi *tenere et habere castrum de Gredona cum universa terra de Gavaldano per* [*episcopum mimatensem*]....., *dictam terram universam de Gavaldano* [*ei*] *reddi*[*t*] *et reddi facie*[*t*] *ad recognoscendum dominium ecclesie mimatensis*. Haec idcirco episcopo mandat : *vos attencius deprecamus quatenus circa dictam terram defendendam et custodiendam taliter vos habere studeatis*. Ita videtur mimatensis episcopus libenter Regem Aragonum juris sui de Gabalitano imagine detinere : quod haud majore sumptu quam Ludovicus VII *Auream Bullam* concessit, sed diversas ob causas. — Anno enim MCLXI, Francorum Rex pergavisus quod *homagium* acciperet ab uno ex ferocissimorum in Regno episcoporum, libenter ei tribuit auctoritatem magnam ubi sera ipsius potestas non adhuc valeret. Mimatensis autem episcopus, anno MCCXXV, Regem Aragonum in Gabalitano toto dominatione gloriari patitur : quippe qui, dum longe abest, minime esset reformidandus. Ipse contra episcopus a Rege homagium accipit. Cur inde non ejus superbia cresceret aut auctoritas in regione firmaretur ? — Immo vero quod mense octobri, anno MCCXXV, pactum erat, est revera foedus quo Aragonum Rex atque mimatensis episcopus adversus Francorum Regem sociabantur, cujus postulationes utrique metuendae erant, — vel potius abdicatio est, qua Aragonum Rex suam in Gaba-

(1) Vid. infra. Append. I.

litano auctoritatem pro mimatensi episcopo deponit. Ceterum per utriusque Regis absentiam libertatem reipsa suam episcopum firmare plane licebat.

Postero autem anno, Ludovicus VIII aegrotans, dum e mediterranei maris littore redit, ad Sanctum Florum moratus est. Cum igitur ita esset in proximo hujus exercitus, castellum de Gredona regiis ministeriis tradere coactus est (1) mimatensis episcopus, etsi ab Aragonum Rege acceperat : traditum sic castellum Francorum Regis praesidiis statim occupatum est, *et tunc Gallici inceperunt possidere Gredonam (2)*.

Rursus ergo Ludovicus VIII Romani Pontificis decreta spernebat : nonne enim Honorius III legato suo, Sancti Angeli Cardinali, mandaverat (3) ut hoc unum Francorum Rex Sanctum bellando Bellum spectaret, exstirpandam haeresim, atque invadendo dominia se abstineret quae Catholici Reges (nam his quidem verbis Regem Aragonum intellegi volebat) in Gallia possidebant ?

Eodem anno Ludovicus VIII in Arvernorum regione moritur. Regina Blanca regiumque consilium in frangenda societate a Campaniae Britanniaeque comitibus

---

(1) « Odilon Garin, seigneur de Châteaunenf, et Guillaume de « Meschin [avaient d'ailleurs écrit] au Roi qu'ils possédaient « leurs terres en fief de l'Eglise de Mende,.....mais qu'ils les lui « offraient comme à leur seigneur principal avec promesse de « recevoir son armée chez eux, si elle passait dans le Velai et le « Gévaudan ». Mense Aprili, anno MCCXXVI. — Hist. Lang. t. VI p. 601. — Cf. infra Append. I.

(2) Arch. Lozère : G. 1444.

(3) *Vicesimo septimo die aprilis mensis, anno* MCCXXVI. Potthast. op. cit. n° 7561.

facta in Ludovicum IX Regem adhuc puerum occupati, non poterant eas copias mittere, quae occitaneas partes plane subigerent. Igitur hoc solum effecerunt, quoad fieri licebat, ut jam subactas gentes in ditione servarent. Ea enim mente, Rex, anno MCCXXVII, concedit (1) in reliquam vitam Beraldo de Mercorio gabalitanensi nobili, vicecomitatum de Gredona. Quod si ipsi solvatur merces, quae anno MCCIV promissa sit, ejusdem participem fore Beraldum, quod quidem ad hunc vicecomitatum attineat: hunc autem, ubi primum jussus sit, redditurum ; jam post mortem ejus vicecomitatum ad Regem rediturum.

Quem ita occupatum foedus Parisius factum, mense aprili (2), anno MCCXXIX, Ludovico IX tribuit. Cum enim Raimundus VII Ecclesiae Romanae atque Franciae Coronae se submisisset, cum Ludovico IX composuit pacem qua finem habuit saevum Albigense Bellum Capaticiique occitaneas partes in perpetuum obtinuerunt. Inde non jam vincula quibus colligantur hae regiones et Franciae Regnum rumpentur. Namque Ludovicus IX Raimundo VII restituit Tolosam cum episcopatu, ruthenensem, albigensem citra flumen Tarnem, atque caturcensem (praeter Caturcum) dioeceses. Raimundus autem *quittat precise et absolute domino Regi et heredibus ejus in perpetuum.... totam aliam terram que est citra Rhodanum in Re-*

---

(1) Hist. Lang. t. VI, p. 622. — t. VIII. c. 860. — Trésor des Chartes. J. 295.

(2) *Duodecimo die aprilis mensis.* — Hist. Lang. t. VIII. pr. n° 271. — t. XII. pp. 278,279. — Ab hoc anno a *jurisdictione Bellicadri Senescalliae* pependit Gabalitanum.

gno Franciae, et omne jus, si quid [sibi] competit vel competere posset in ea.

Amalricus vero de Monteforti dominus, omnino omnia Regi dimittit jura de tolosano comitatu (1). *Nos*, inquit, *libere et absolute quittavimus* .... *Regi Francie* ..... *quidquid nobis juris competebat vel competere poterat in comitatu tolosano, vicecomitatu biterrensi et in tota conquesta de Albigesio.*

Post foedus Parisius ictum, alterum factum est peculiariter de amiliacensi vicecomitatu, quo Francorum Rex hunc Raimundo VII tribuit, quem ita totius ruthenensis comitatus possessorem esse agnovit (2). Exinde hic vicecomitatus disjunctus est a gredonensi. Debebat etiam Ludovicus IX obstare ne quid tentarent qui aegre hoc paterentur, (quod quidem ad Jacobi I postulationes satis constabat pertinere).

Atque haud incaute haec omnia : namque Aragonum Rex, cujus jura neglecta erant, vi vincere tentavit. Oppugnavit enim Amiliavum atque occupavit ; — *propter quod*, ut scripsit Alfunsus, pictavensis comes, in *mandamento* quodam ad suos in occitanea regione ministros, *amisit jus suum, si quod habebat ibidem* (3). Recuperavit vero urbem Raimundus VII et retinuit. Quae tandem omnia matrimonio composita sunt : hunc enim vicecomitatum donavit Jacobus I sorori suae, quam uxorem duxit tolosanus comes.

---

(1) *Quindecimo et vicesimo mensis aprilis diebus*, anno MCCXXIX — [Hist. Lang. t. VIII. cc. 894, 895].

(2) Ibid. t. VIII, pr. n° 191 — c. 902.

(3) Ibid. t. VIII. pr. n° 320. — c. 1401.

Jura quae sibi vindicant Aragonum Francorumque Reges de gredonensi vicecomitatu solum anno MCCLVIII plane definientur. Ubi e Sancta Terra rediit Ludovicus IX, operam dedit ut dissensionum finem faceret, quibus jamdudum Francorum Aragonumque Reges laborabant. Foedere enim ad Corbolium (1) anno eodem icto, jura sua prisca et obsoleta de Catalonia repudiabat ; retinebat Aragonum Rex Montempessulanum, matris suamque ipsius patriam, huic vero concedebat omnia quae habebat jura de occitaneis regionibus, praesertimque de gredonensi vicecomitatu. Tum demum, quae anno MCCIV pacta erant revera sunt abrogata, ad majorem quidem Francorum Regis utilitatem, qui tandem vicecomitatum de Gabalitano legitimum habuit publice, postquam hic, intra dimidium saeculum, ab Aragonum Rege ad tolosanum comitem, deinde ad mimatensem episcopum vicissim transierat.

---

(1) Gallice : « Traité de Corbeil », — Trésor des Chartes. J. 585, n° 5. — Teulet, t. III, pp. 405-408. — C. de Tourtoulon. Don Jacme le Conquérant. op. cit. t. II. pp. 316-318. — Hist. Lang. t. VI. p. 861. not. 1. — T. VII. not. XXXIX. pp. 111-116.

CAPUT II

QUIBUS TEMPORIBUS « BAJULIA SANCTI STEPHANI DE VALLIFRANCESCA » A FRANCORUM REGIBUS ACQUISITA SIT.

Cum ea vicecomitatus gredonensis occupatione quodam modo conjungitur alterius possessio dominii in montibus gebennicis siti a Francorum Regibus comparati. Namque, dum Petrum VII Bermundi de Salvio, *dominum de Vallifrancesca,* cognatum (1) sociumque opibus validum tolosani comitis, deturbat Ludovicus IX, hunc ipsum quasi oblique vexare videtur.

Eorum enim familiæ artissimis vinculis inter se

(1) « Ego, anno MCCIX, mense novembri, *Raimundus* [*VII*], filius domini Raimundi..... confirmo... omnia et singula quecumque aliquo tempore vel aliquo modo *dictus dominus comes pater meus donavit tibi Petro* [*VII*] *Bermundi de Salve, nepoti meo, nato ex sorore mea, domina Constantia* ». Hist. Lang. t. VIII. c. 720.

erant connexæ. Anno MCLXXII (1), Beatrix, *comitissa de Melgorio* (2), uxor Berengarii Raimundi, Provinciæ comitis, *vicecomitis etiam de Ameliavo et de Gredona, castro et comitatu de Melgorio atque ejusdem nominis moneta* Emessindam filiam Dulciamque neptim donaverat. Quæ cuncta Raimundo V, tolosano comiti, cujus filius Dulciam uxorem ductu-

Berengarius Raimundi,
Provinciæ comes, Amiliavi et Gredonæ vicecomes,
comitis barchinonensis Raimundi Berengarii III filius natu minor,
Beatricem,
Melgorii comitissam, uxorem ducit.

Emessinda
Petri V Bermundi de Andusia et de Salvio sponsa.

Raimundus Berengarius IV,
Amiliavi et Gredonæ
vicecomes.

Dulcia,
Raimundi VI,
tolosani comitis,
sponsa

Petrus VI Bermundi
(+ anno MCCXV)
Constantiam,
Raimundi VI,
tolosani comitis,
filiam, uxorem ducit.

Dulcia
innupta mortua,
vicecomitatus Amiliavi
et Gredonæ cum Aragonum regno conjuncti
sunt (anno MCLXXII).

Petrus VII Bermundi,
Andusiæ, Sumidrii, dimidiæque partis
Alesti et Argentariæ dominus, *Josserandam,*
valentinensis comitis filiam, uxorem ducit.

Guillelmus *Rogerius* *Beraldus*

Philippa,
Amalrici, narbonensis comitis,
sponsa

Maria,
Arnaldi Othonis, Leomaniæ
vicecomitis,
sponsa

(1) Hist. Lang. t. VIII. cc. 280 et 281.
(2) Mauguio. — *Arrond.* Montpellier.

rus erat, atque Petro V Bermundi de Salvio, Emessindæ marito, servanda mandaverat, ita ut Petrus et Emessinda tolosani comitis vassi jam tum fierent. Ergo Petrus V Bermundi Raimundi VI fuit socer. Ejus autem filius, Petrus VI Bermundi, uxorem duxit Constantiam, a marito Navarræ Rege Sancio digressam, Raimundi VI filiam, cujus ita gener factus est.

Domini autem de Salvio et de Andusia inter ditissimos potentissimosque tolosani comitis vassos erant. XIII° sæculo ineunte, per matrimonia terrenasque comparationes, fiunt totius gebennicæ regionis domini, scilicet Salvii (1), Andusiæ (2), Sumidrii (3), Alesti (4), Portarum (5), Floriacique (6) senioriarum, Vallis Franciscæ (7), Erisdii (8) terræ, castellorumque de Barra (9) et Mayrosio (10).

Quæ Andusiæ vel Salvii domus, ætate eadem, in tres familias est divisa (11). Habebat enim Bernardus Peleti Portas, (in uticensi diœcesi sitas), Alesti Argentariæque (12) partem unam, — Petrus Ber-

(1) Sauve. — *Arrond.* Le Vigan. — *Départ.* Gard.
(2) Anduse. — *Arrond.* Alais. — *Départ.* Gard.
(3) Sommières. — *Arrond.* Nimes.
(4) Alais. — *Départ.* Gard.
(5) Portes. — *Arrond.* Alais.
(6) Florac. — *Départ.* Lozère.
(7) Hist. Lang. t. VI. p. 524.
(8) La Hierle. — *Com.* Les Plantiers. — *Cant.* St André-de-Valborgne. — *Arr.* Le Vigan. — *Dép.* Gard.
(9) Barre. — *Arrond.* Florac. — *Départ.* Lozère.
(10) Meyrueis. — *Arrond.* Florac.
(11) *Hist. Lang.* t. VI. pp. 393 et 396.
(12) Largentière. — *Départ.* Ardèche.

mundi de Salvio alteram Argentariæ Alestique partem, Salvium, partemque unam Andusiæ et Sumidrii, — Bernardus autem de Andusia alteram partem Sumidrii et Andusiæ.

Ergo præcipui a primigenia Andusiæ domo orti domini, Albigensis tempore Belli, Petri Bermundi de Salvio erant.

Attamen cum proximis suis, tolosanis comitibus, quorum etiam erant vassi, fœderibus haud continuo juncti sunt.

Quin etiam, Petrus VI Bermundi ex iniqua rerum conditione, in qua versabatur ejus socer Raimundus VI, fide sua Francorum Regi ut *eminenti seniori* firmata, quam maximam utilitatem capere tentavit. Itaque Bæterrarum obsidionis fuit particeps una cum Burgundiæ duce (1). Sex etiam post annos (2), jure Raimundi VII adhuc juvenis contempto, quem spurium esse dicebat, pro jure uxoris et liberorum suorum, hereditatem affectavit. Quo animo, Lateranum adiit Concilium, quod ejus postulationi minime concessit (3). Interim autem Petrus VI Bermundi mortuus est Romae.

Anno MCCXVIII, octobri mense, domini de Salvio et tolosani comites in amicitiam redierunt. Raimundus VI nepoti Petro VII Bermundi *Castrum de Valserga* (4)

---

(1) Hist. Lang. t. VIII. c. 22.

(2) Scilicet anno MCCXV.

(3) Ibid. t. VI. p. 475.

(4) Valsergues. — *Arrond.* Villefranche-de-Rouergue. — *Départ.* Aveyron.

cum pertinentiis dedit (1), quae Andusiae domus olim fuerant. Eidem permisit *quatuor millia marcorum argenti fini*, quae merces erat *vicecomitatuum de Gredona et de Ameliavo* pignoris; eidem omne jus concessit in *proprietates*, quas ab eo tenebant Raimundus Peleti, Alesti codominus, et Bernardus de Andusia, hujus patruus, atque in ejus jure persequendo se eum pollicitus est adjuturum. Ei autem Petrus adversus Romanum etiam Pontificem Francorumque Regem se laturum auxilium promisit, *si ejus jura recipere nollent* (2). Ita favebat consiliis, quae Petrus Bermundi iniverat scilicet ut, ceteris familiis pristinae domus andusianae exclusis, in omnibus Gebennarum partibus dominaret.

Non multo post in eum animadversum est. Anno enim MCCXX (3), Amalricus, Montisfortis dominus, cum per occitaneas regiones iter faceret, in quibus firmare conabatur imperium, Petrum Bermundi, qui tolosani comitis secutus erat partes, possessionibus exspoliavit, quas *Bernardo de Andusia* dedit, qui servaverat fidem. Hoc igitur pactum illi contrarium est quod anno MCCXVIII actum erat.

Quam cessionem prae se ferens, Bernardus de Andusia Alestum occupavit. Post mortem ejusdem,

---

(1) Hist. Lang. t. VIII, cc. 718-721.

(2) « Tibi praestabo patrocinium et juvamen, excepto Domno Apostolico et Rege Francorum, *et etiam de istis*, juxta posse meum, si nollent jus tuum recipere et tibi de jure legitime respondere ». Ibid. t. VIII. c. 720.

(3) XV° die aprilis mensis. — Ibid. t. VI. p. 535.

Petrus VII Bermundi, nepos ejus, suam Alesti depoposcit partem. Cardinalis Conradus, apostolicus legatus, nemausensi episcopo mandavit (1) ut inter Petrum Bermundi ejusque consobrinos adhuc juvenes, Bernardi filios, de Alesti senioria ortam, controversiam componeret. Itaque Argentariae, anno MCCXXIII, pronuntiata est sententia (2) : Viernae, quam in matrimonio habuerat Bernardus, cujus liberis traderentur, Alesti pedagii partem dimidiam, *castra de Calberta* (3), *in Gabalitano*, *et de Bellagarda* (4) Petrus Bermundi concedere coactus est ; filii vero Bernardi pro illius vassis se tulerunt, illique quodcumque juris in Alesto habebant et castella nonnulla concesserunt.

Tertio post anno (5), Petrus VII Bermundi, Francorum Regi reconciliatus, qui occitaneas partes transibat, huic *ligium homagium facit* de gebennicis possessionibus *quas tradet ei et heredibus suis ad magnam vim et ad parvam, gravandis hostibus* [*ejus*], *quotiens a domino Rege vel heredibus suis requisitus erit* (6). Per *treugam* anno MCCXXVII actam, internuntio Francorum Rege inter utrumque Alesti codominum, Petrum VII Bermundi atque Bernardum Peleti, verae causae cur ita Ludovico VIII se subjecerit cognitae sunt :

(1) Hist. Lang. t. VIII. cc. 769-773.

(2) Ibid. t. VI. p. 569. — t. VIII. cc. 769-772.

(3) St Germain-de-Calberte. — *Arrond.* Florac. — *Départ.* Lozére.

(4) Bellegarde. — *Arrond.* Nimes.

(5) Scilicet anno MCCXXVI.

(6) Hist. Lang. t. VI. p. 601. — t. VIII. c. 822.

scilicet Andusiae domus contentiones, Bernardi Peleti de Alesto et Petri Bermundi de Salvio simultates (1), quibus sollerter usi sunt Capaticii, dum Petri Bermundi, illius antiquae familae potentissimi hominis, utilissimam fidem sibi conciliaverunt.

Ab hoc tempore charta nulla prior anno MCCXXXIX cognita est, quae Petrum Bermundi commemoret ; ea vero tempestate, inter *homagii* testes (2), quod *facit* de feudis suis, in viviarensi dioecesi siti, tolosano comiti valentinensis comes (3), hunc videre est : Petrum ergo tunc esse reversum ad Raimundi VII partes conjicere licet. Cur Francorum Regi rebellaverit rursus, desunt documenta.

Verisimile est eum tolosano comiti fidelem, participem fuisse rebellionis quae anno MCCXLII (4) mota est. Raimundus enim nobilesque occitanei Henrico III, Anglorum Regi, adversus Reginam Blancam foedere juncti erant. Sed Henrico ad Santonum urbem (5) profligato, foederatorum potentissimi ad inopiam redacti sunt. Statim rebellari omnino desitum est in occitaneis regionibus. In compositione apud Lorriacum icta iterum indigna passi sunt seditiosi quæ jam anno MCCXXIX erant passi.

(1) De his simultatibus, cf. Dhombres. Recherches historiques sur la ville d'Alais. — Alais 1860. pp. 148 sqq.

(2) Hist. Lang. t. VIII. c. 1025.

(3) Comitis etiam valentinensis Petrus Bermundi gener erat. — Ibid. t. VI. p. 830.

(4) Ibid. t. VII. p. 745.

(5) Saintes.

Petrus VII Bermundi, qui possessionibus anno MCCXLI exspoliatus erat, se Francorum Regi anno MCCXLIII, aprili mense, subjecit (1). Ludovicus IX, venia data, ei ejusque posterorum virilium primogenitis annuam sexcentarum librarum pecuniam tribuit cum (2) *Terra Erisdii,* tum *castro de Roquedur* (3) fundatam. Rursus autem Petrus Bermundi se pro ejus *ligio homine* tulit. Rex quidem ibi reservavit sibi *cavalcatam*, *castrum de Mayrosio* et jus evertendi quamcumque *castri de Roquedur* partem vellet, jusso Petro Bermundi ne quid muniret, nisi ab ipso Ludovico permissum esset, neve ipse vel ejus heredes ingredirentur in urbes vel castella Andusiam, Salvium, Sumidrium et Alestum, quae Rex dominio suo ita addidit. Imo Ludovicus illam annuam sexcentarum librarum pecuniam, si liberet, aliis in terris sibi potestatem fundandi reservavit. Proximo mense quintili, ipse Bellicadri senescallus Gabalitanum adiit ut Petri Bermundi dominium et jura Francorum Regem ita acquisivisse pronuntiaret.

Asperrime igitur in Petrum VII Bermundi erat saevitum : pauci tamen domini, in exortivis regionum occitanearum partibus, bonis exspoliati fuerant ; fere etiam omnes, tumultu sedato, suas possessiones recuperaverant et in pristinam vitae conditionem erant

(1 Hist. Lang. t. VII. p. 745.

(2) Ménard. — Hist. de Nimes. t. I. pp. 75 sqq. — Hist. Lang. t. VI. p. 755.

(3) Roquedur. — *Cant.* Sumène. — *Arr.* Le Vigan. — *Dép.* Gard.

restituti (1). Cum Petro Bermundi verisimile est actum ita esse quia, cum per suas fortunas tum per affinitates, hic inter eos potentissimus erat.

Muniebat etiam Ludovicus IX suarum statum rerum a Gebennarum verticibus usque ad Rhodanum. Jam enim in jura successerat quae penes tolosanos comites in uticensi diœcesi erant, atque anno MCCXLIII fere totas Gebennas occupavit. Alesti quidem pars dimidia etiam tunc Raimundi Peleti erat ; sed hoc quasi consortium, condominorum validiori commodissimum, alteri erat periculosissimum.

Una jam tum Bermundis erat facultas, ut suam domum restituerent matrimoniis ; quod non omiserunt : Petri VII Bermundi liberorum alii in dioecesi vivariensi, alii in inferioribus occitaneis regionibus collocati sunt, et totidem domus, quibus nomen fuit Bermundi, condiderunt (2).

Sic regio dominio gebennica bajulia *Sancti Stephani de Vallifrancesca*, quae pars erat pristinae Andusiae domus bonorum, est conjuncta. Castellum tamen et *Vallis de Calberta*, quae in eadem bajulia sita erant, anno demum MCCXLVIII regales possessiones legitime facta sunt, a Bermundo de Sumidrio, Bernardi de Andusia (3) filio, cessa (4) ; rursus autem

---

(1) Hist. Lang. t. XII. p. 310.

(2) Ibid. t. VI. p. 830.

(3) Cf sup. p. 28. — Hoc castello, *cum pertinentiis omnibus suis et cum toto mandamento integro* liberos quondam Bernardi de Andusia, avunculi sui, Petrus VII Bermundi *donaverat*, septembri mense, anno MCCXXIII. — Hist. Lang. t. VIII c. 771.

(4) ..... *Que omnia idem Bermundus nobis*, [*Ludovico, Fran-*

*

castrum de Caslario (1), in inferioribus occitaneis regionibus, ei Ludovicus IX concessit. Ita Rex, cum a patriis bonis *domum de Andusia et de Salvio* (2) amovebat, tum suum gebennicum dominium complebat et quasi densius efficiebat.

---

eorum Regi], *et heredibus nostris resignavit et quittavit in perpetuum.* — Hist. Lang. t. VIII. c. 1247.

(1) Le Caylar. — *Cant.* Vauvert. — *Arr.* Nimes.

(2) « Guillaume d'Anduze, fils aîné [de Pierre Bermond], fit une tentative pour obtenir du Roi la restitution de la baronnie de Sauve, possédée par ses ancêtres ; mais il fut débouté de sa demande au Parlement que [Louis IX] tint à la Chandeleur de l'an 1258 (1259 n s.)... La Cour décida que la demande n'était pas recevable, le père de Guillaume d'Anduze ayant forfait sa baronnie ». Hist. Lang. t. VI. p. 830.

CAPUT III

DOMINII REGII IN GABALITANO FINES QUIBUS RATIONIBUS ET QUIBUS TEMPORIBUS, LUDOVICO IX REGNANTE, PROPAGATI AUT CONTRACTI SINT.

Ubi primum Capaticii Regum Aragonum ac Bermundorum de Salvio occupaverunt bona, tunc Francorum Rex vicinus vicinum mimatensem episcopum offendit, quippe qui uterque in Gabalitano dominus ditissimus erat.

Jam anno MCCXXVII, cum Albigiensi Bello meridiana Galliae pars fere tota vastaretur, et civilis discordia in Gabalitano etiam acriter saeviret, coactus est praesul auxilium petere a ministris Regis, cujus se esse vassum anno MCLXI confessus erat. *Videns Stephanus episcopus guerram ita... in sinu suo et gremio positam... invocavit primo in subsidium suum, anno Domini* MCCXXVII, *dominum Rossellum de Chalo, comestabulum domini Regis, qui stabat pro domino Rege in dyoecesi aniciensi (1) et in partibus illis*

(1) Gallice : *Diocèse du Puy.*

circumvicinis, ad pacem in dicto episcopatu Gabalitanorum servandam, — conventione et pacto inhito inter ipsum Stephanum episcopum et dictum comestabulum quod omnia que dictus comestabulus faceret in Gabalitano fierent nomine et pro jure dicti episcopi, ecclesie mimatensis, et sine omni lesione et diminutione totius dominationis et jurisdictionis episcopalis et etiam regalium, que dictus episcopus in dicta dyoecesi obtinebat. Propter quam quidem subventionem predictus episcopus dedit predicto comestabulo medietatem totius compensi [pacis] seu paxiagii (1), quod predictus episcopus levabat et ejus predecessores levaverant ab antiquo in tota dyoecesi mimatensi... Que unio seu societas per annum cum dimidio durare debuit (2).

Quo tempore peracto, pactum initur semel et saepius cum Bellicadri senescallis, quod usque ad annum MCCXLIII, scilicet quoad nobiles occitanei fecerunt rebellionem ultimam, exstitit. Tunc vero, quum senes-

(1) « Les évêques de Mende percevaient le compoix de la paix, véritable impôt régulier, prérogative toute royale. En vertu de ce droit, qui remonte à la Trêve de Dieu, les évêques levaient chaque année un sou pougeois sur chaque chef de famille du Gévaudan, deux sous sur chaque paire de bœufs et sur chaque mulet, etc. Le produit de cette redevance était destiné à l'entretien des gens de guerre pour le maintien de la paix ». F. André. La Vicomté de Grèzes... op. cit. p. 368. — de Burdin. Doc. hist. t. I p. 8. — « Cet impôt tout particulier ne s'établit jamais que dans un petit nombre de diocèses, Vivarais, Velay, Rouergue, Albigeois, Quercy, [et Gévaudan.] Hist. Lang, t. VII, p. 161.

(2) « Mémoire relatif au Paréage de 1307 ». Arch. Lozère. G. 730. — Bull. Soc. Lozère. ann. 1896. p. 9.

calli auxilium parvi momenti esse extimaret, noluit praesul iterum compositionem inire cum Hugone, lugdunensi episcopo, *cui senescallia Bellicadri fuerat tradita gubernanda*, quique, per Gabalitanum iter faciens, eum ad id efficiendum hortatus erat (1).

At senescalliae ministri mimatensi episcopo, juribus utenti regalibus, obstare non desierunt. Itaque Odilo de Mercorio, qui Stephano successit, ipse ad Curiam Regis adiit, ut ex ipso praesente praesens Ludovicus IX de toto rerum statu dioecesis ejus insolito cognosceret, documentaque acciperet, quibus episcopatus jura fulcirentur. Asseruit praesertim Aragonum Regem vassum fuisse suum, Gredonensis vicecomitatus causa. Rex quidem Bellicadri senescallum de juribus, quibus in Gabalitano fruebatur episcopus, inquirere jussit (2).

De his dum inquirebat senescallus, praecipuum fuit testimonium Fulconis de Tornello, *hospitalarii militis*, qui Jacobi I procurator fuerat cum de gredonensi vicecomitatu ab aragonensi Rege et episcopo mimatensi disputatum est (3). Asseruit seipsum obtinuisse a Jacobo ut ab episcopo Stephano se *Gredonense castrum tenere* declararet; ceterum *homugii chartae* in episcopalibus archivis servabantur.

Rem manifestam esse ratus, justus Rex iterum *de*

---

(1) « Mémoire relatif au Paréage de 1307 ». op. cit. pp. 10 et 11.

(2) De his, *die lune post Reminiscere anno 1261*, [21 mars 1262], inquisivit Bellicadri Senescallus. « Recherches du sieur Lenoir » (XVII^e saeculo). Arch. Lozère. G. 1444.

(3) Arch. Lozère. G. 457. — Cf., infra, Append. I.

verbo ad verbum Auream Bullam confirmavit (1). Qua *temporalis suae dominationis* confirmatione fretus, nisus est praesul Gredonam, Marologium, Montemrodatum et Chiracum, quibus exspoliaverat tolosanum comitem, ut haereticum, quaeque tantummodo Ludovico VIII Regi utenda commodaverat, recuperare (2). Hoc vero notabat Odilo de Mercorio Aragonum Regem, vassum suum, vicecomitatum de Gredona tenere *sicut patrimonium antiquum, quod non habebat ratione Regni Aragonum ;* quum acriter saeviret bellum, episcopum Francorum Regi gredonense castellum mandavisse defendendum, sed, pace tandem restituta, ab eodem petere ut illud redderetur.

Responsum ei datum est, ejusmodi argumento, hoc castellum nunc reddi minime esse aequum, quod *Galliae Corona* jura nova nuper obtinuerat de isto vicecomitatu, Philippo, Ludovici IX filio, Isabella, Jacobi I filia, in matrimonium data ; quae gredonen-

---

(1) « Mémoire relatif au Paréage de 1307 ». Op. cit. p. 12.

(2) « Parlement de la Pentecôte (12 juin 1261) tenu à Paris.— Arrêt déclarant non recevable l'évêque de Mende qui réclamait les châteaux de Marvejols, Montrodat et Chirac comme faisant partie du château de Grèzes, et qu'il avait prêtés au Roi Louis VIII. Un premier arrêt l'avait débouté, attendu que lesdits châteaux ne faisaient pas partie du château de Grèzes. L'évêque introduisit une nouvelle instance, réclamant lesdits châteaux comme ayant été prêtés au roi Louis VIII par son prédécesseur. Le Parlement repoussa cette seconde demande, attendu qu'elle avait le même abjet que la précédente et que le moyén était le même : actuellement comme autrefois le prélat réclamait à titre de prêt ». Olim. I. f° 113 v°. — E. Boutaric. Actes du Parlement de Paris. — Paris. Plon. 1863 T. I. n° 565.

sem amiliacensemque vicecomitatus in dotem acceperat (1).

At episcopatus possidebat jus, quod Rex infitiari nequibat, scilicet *homagium* quod illi Jacobus I, vicecomitatus gredonensis causa, *fecerat*. Ludovicus IX, quem penes pars quaedam Gabalitani tunc erat, — sed cui mimatensis praesul dioecesim totam ita nuper obtulerat suam ut hanc *in feudum* a Francorum Rege *teneret* ipse, — istius sane vassus esse non poterat.

Itaque, anno MCCLXVI, mense decembri, ictum est foedus, in quo de *Galliae Coronae* bonis, annis MCCXLIII et MCCLVIII legitime acquisitis, simul agebatur (2). Episcopus *quitat* [*Regi*] *et heredibus suis seu successoribus suis in perpetuum castrum de Gredona cum suis pertinenciis et vicecomitatum predictum... Item quitat* [*eidem*] *et heredibus seu successoribus suis... terram que fuit Petri Bermundi, quondam militis, scilicet castrum Sancti Stephani*

---

(1) Anno MCCLXII. « Mémoire relatif au Paréage de 1307 ».op. cit p. 16. — Hist. Lang. t. VII. p. 115.

(2) Registrum Curiae Franciae. Arch. Nat. JJ. XXX^a^ f°56. — « Extrait des Archives de l'Evesché de Mende, comté et pays de Gévaudan, contenant :

1° La Charte dite Bulle d'Or. de 1161.

2° L'eschange de 1266 entre Saint-Louis et l'évesque Odilon de Mercœur.

3° Le Paréage de 1307 ». — In-f° s.l.n.d. XVII° saeculo. Arch. Lozère G. 775. — Prouzet. Hist. du Gévaudan. t. II pp. 327 et 328.

Hist. Lang. t. VIII. Charta CCCLII.

de Vallifrancesca (1) et partem castri de Calberta, quam habuit dominus Rex a Bermundo de Sumidrio (2), nichil retinens [sibi] et ecclesie [sue] in premissis homagium vel aliud; sed omne jus, si quod habebat episcopus in predictis, pro [sibi] et ecclesie [sue ei] cessit. Quo pacto, mimatensis episcopus deserit tandem jura omnia, quibus utebatur in bona, quae in Gabalitano domini de Salvio ac de Barchinona olim possidebant.

Rex vero in perpetuum concedit episcopo *feudum de Duobus Canibus (3), feudum vabrense (4) et illud quod milites de Montebruno recognoverunt se tenere in feudum a domino Rege in mandamento predicti castri, mansum de Pompitorio (5), mansum de Fraiseneto (6), mansum de Serra (7) medietatem feudi castri de Fontanhilis (8) et Sancti-Juliani (9) et granchiam Bertrandi Yterii que vocatur La Clausa (10), que est de patrimonio [Odilonis*

---

(1) Cf. supra pp. 31 sqq.

(2) Cf. supra. pp. 33 et 34.

(3) Douchanet. — *Com.* Monistrol-d'Allier, — *cant.* Saugues — *arrond.* Le Puy, — *départ.* Hte-Loire.

(4) Vabres. — *cant.* Saugues, — *arrond.* Le Puy, — *départ.* Haute-Loire.

(5) Le Pompidou. — *cant.* Barre, — *arrond.* Florac.

(6) Fraissinet-de-Lozère. — *cant.* Le Pont de-Montvert, — *arrond.* Florac.

(7) Le Serre. — *com.* St-Martin-de-Lansuscle, — *cant.* St-Germain-de-Calberte, — *arrond.* Florac.

(8) Fontanilles. — *com.* St-Martin-de-Lansuscle, — *cant.* St-Germain-de-Calberte, — *arrond.* Florac.

(9) Saint-Julien-d'Arpaon. — *cant.* Barre, — *arrond.* Florac.

(10) Les Clauses. — *com.* Fraissinet-de-Lozère, — *cant.* Le Pont-de-Montvert, — *arrond.* Florac.

de Mercorio]; *et hec omnia quitavit ei quod ea haberet pleno jure, dominio, jurisdictione, districtu, que dominus Rex habebat in eis.*

Episcopus, cum, hac compositione, auctoritatem in aliquot feuda sita passim, parvique aestimata, a Rege obtinuisset, pecunias et juris concessi et muneris quasi compensaticnem accepit. *Tenetur etiam* [*Rex*] *assidere* [*Episcopo*] *bona fide in dominio suo, in locis competentibus proximioribus* [*ejus*] *terre, in mansis tamen et terra plena, cum dominio, justitia, jurisdictione et districtu, que habet ibidem, ita quod dominium, justitia, jurisdictio rationabiliter estimentur et computentur in dicta assisia sexaginta libratarum Turonensium annui redditus.* Quæ autem jura *Bulla Aurea* concesserat, ea integra remanserunt. *Non vult* [*enim*] *dominus Rex quod per hanc compositionem privilegio, quod habe*[*t*] *episcopus a felicis recordationis Ludovico Rege, proavo suo, et ab ipso renovato, in aliquo derogetur, nec etiam quod cursus monete* [*episcopalis*]... *impediatur in tota dioecesi supradicta.*

CAPUT IV.

Qui fines fuerint dominii regii in Gabalitano anno MCCCVII, aut quae Regis in quoque loco jura.

Per alteram partem XIII[i] saeculi extenditur regia auctoritas praecipue humiliorum Coronae ministrorum opera, scilicet bajulorum, vicariorum ac castellanorum, quorum fuit bona requirere, quibus dominium regium potissimum ut ita dicam augeri posset, opportunis occasionibus uti, easque, si necesse foret, parere ; sic quidem in mimatensi dioecesi egerunt. *Servientem armorum* (1) quemdam, a Gabalitano ortum, nomine Pontem de Monterodato, *exbannuit* Odilo de Mercorio episcopus. Castellanus autem regius Gredonae factus, ille Pons, cum una vellet Odilonem ulcisci atque regiorum ministrorum voluntati consulere, *Philippo de Salice Bernardo*, *Bellicadri senescallo*, *suggessit barones gabalitanos distringere,* ut multos senescallos qui ante

(1) Scilicet gallice : « Sergent d'armes ».

hunc fuerant imitaretur. Asseruit etiam Reges Aragonum, tolosanos ac barchinonenses comites, quorum Galliae Reges heredes facti sunt, in Gabalitano *majore dominatione* usos esse : quod per testes se probaturum promisit (1). A Ponte de Monterodato incitatus, ita egit senescallus ut jura, quae Regis in dioecesi mimatensi putaret esse, valerent.

Statim vero Odilo Parisius petivit, apud Ludovicum IX questurus ejus ministros plus quam quod eis jure ac legibus permitteretur fecisse.

Noluere contra Regis consiliarii istius questus *per viam simplicis requeste* audire, poposceruntque ut rei documenta patefierent. Tunc *articulos* episcopus conscripsit, quos senescallus inanes esse demonstrare voluit. Id fuit initium, jam anno MCCLXIX (2), perlongae notaeque litis, quam susceperunt et mimatensis episcopus et Bellicadri senescallus, quaeque post octo et triginta annos, icto *pariagio* anno MCCCVII, finem habuit.

Ex inquisitione (3) a consiliariis petita minime fuit dubium quin praesul, supra triginta annos, juribus frueretur saltem, quae negaverat ei senescallus : quare usucapione illi utendum erat. *Dominus [enim] Astorgius de Petra testis dixit quod major dominatio episcopatus gabalitani, quantum ad temporalem dominationem [pertinet]... est et fuit episcopi mimatensis, exceptis illis que dominus*

---

(1) Mémoire relatif au Paréage de 1307. Op. cit. pp. 16 sqq.

(2) « Lis ista fuerit mota anno Domini MCCLXIX ». — Ibid. pp. 7 et 17.

(3) Cf. inf. Append, II.

Rex tenet ibidem ad manum suam, et exceptis illis que ibidem tenet ab eo. Interrogatus qualiter scit, dixit quia vidit ipsum episcopum ibi uti majore dominatione... Requisitus de tempore, dixit quod XXX *anni sunt et plus quod hoc fuit... Item vidit quod, quando dominus Stephanus fuit factus episcopus mimatensis, fecit venire omnes barones gabalitanos coram se ; non tamen credit quod inter eos esset aliquis qui non teneret aliquid in feudum ab episcopo ; et tunc omnes juraverunt ei fidelitatem et fecerunt homagium.*

Quid significarent verba *major dominatio* interrogatus, testis alius respondit : *major dominatio et regalia sunt idem ; et est major dominatio quia episcopus distringit barones, et sibi et mandatis suis obediunt, punit excessus eorum et facit que dominus potest facere in subditis* (1).

Philippus IV tandem, episcopi Guillelmi II Duranti (2), successoris nepotisque insignis *Speculatoris*, petitionibus instantibus impulsus, Guillelmum de Plasiano et Guillelmum de Nogareto desistere illico a praesentibus negotiis, litemque eam conficere jussit (3). Cui rei arduae biennio studuerunt advocati consiliariique Regis.

Cum cognitionis publicae dies esset, praesente Rege, Guillelmus de Plasiano ita orationem perfecit

---

(1) Arch. Lozère. G. 733.

(2) « XVII° die decembris mensis, anno MCCXCVI » a Bonifacio VIII Guillelmus II Duranti mimatensis episcopus factus est. (Gallia Christ. nov. t. I. instrum. p. 26).

(3) Arch. Lozère. G. 872. Cf. inf. Append. III.

ut episcopi petitio repudiaretur lisque disturbaretur (1).

Tum demum hoc a consiliariis statutum est ut *lis teneret et valeret,* utque apta ad dijudicandum dijudicaretur.

De tota lite pactio facta est : Philippus et Guillelmus societatem seu pariagium (2) inierunt, quo jura episcopi et Regis separatim in utrumque *propriis terris* integra (3) servarentur ; Philippus IV autem ac Guillelmus Duranti justitiam in utriusque feudis et retrofeudis communem fore statuerunt. — Illa enim tempestate, Curia Regis, quum *feudorum domini* se in libertatem vindicare cuperent, et in eos contra humiliores Coronae ministri cum audacia quadam nimia agerent, illam sibi proposuisse curam videbatur, quomodo aliorum vis aliorum licentia simul continerentur.

Ceterum oportebat Philippum, cum certavisset cum romano Pontifice, *inquisivissetque contra totum Ordinem Templi,* cumque opes augere esset coactus ad res publicas perfecte administrandas, atque ad bellum (4) sustinendum, quod cum exteris

---

(1) « Et licet per dominum Guillelmum de Plasiano fuerit *eleganter* allegatum in causa ista in preterito parlamento » — Mémoire relatif au Paréage de 1307. — Op. cit. p. 499.

(2) J. Roucaute et M. Saché. — Lettres de Philippe-le-Bel. — Op. cit. pp. 174-196. — p. 174. not. 1.

(3) Errat igitur A. Molinier : « [*Ainsi furent*] *mises en commun les possessions du Roi et celles de l'Evêque* ». Hist. Lang. t. XII. p. 316.

(4) J. Roucaute et M. Saché. — Lettres de Philippe-le-Bel. Op. cit. pp. 10, 12, 14, 27, 29, 37.

gereret nationibus, istius episcopi, inter alios Galliae potentissimi, servare jura.

Hanc auctoritatem Guillelmus II Duranti non tantum a *temporali dominatione* sed a proprio ingenio tenebat : qui cum, Philippo IV regnante, se diligenter gessisset, unus fuit ex illis duobus episcopis qui Concilio magnae bituricae provinciae adfuerunt ut decimas, anno MCCCIV Regi a Benedicto XI tributas, exigi probarent (1). Idem, cum narbonensi archiepiscopo, bajocassino lemovicinoque episcopis (2), est designatus ut documenta colligeret, quae viennense Concilium docerent, a quo summum contra *Ordinem Templi* judicium ferretur (3) ; — quod illi fuit periculo : nam a Rege obtinuit ut in quocumque Galliae loco stiparetur ab armatis, qui ab inimicis tegerent, ex hac inquisitione natis (4). — Illi vero eo facilius erat confirmare ac defendere jura in Curia Regis, quo in *in prioratu de Argentolio* (5) libentius sedebat.

Sic erga Regem illa gens episcoporum semper versata est ; etenim de *Speculatore* Philippus IV has litteras scripsit anno MCCXCI, mense octobri, Bellicadri senescallo : *cum dilectus et fidelis noster episcopus mimatensis se quamplurimum offerat ad*

---

(1) Arch. nat. J. 1025 n° 4.

(2) Scilicet gallice : « évêques de Bayeux et de Limoges ».

(3) Ch. V. Langlois. — Le Procès des Templiers. — Revue des Deux-Mondes. t. CIII. p. 404.

(4) J. Roucaute et M. Saché. — Lettres de Philippe le-Bel. Op. cit. p. 135.

(5) Ibid. p. VII. Scilicet gallice : « Argenteuil ».

servitium et honorem nostrum et ad nostra negotia, quotiens ipse per nos vel gentes nostras inde fuerit requisitus, mandamus vobis quatinus, eumdem episcopum, ecclesiam et gentes suas recommendatos habentes, favorabiliter eosdem prosequamini, salvo tamen jure nostro et alieno (1).

Etsi, pariagio icto, Guillelmi II Duranti *temporalis auctoritas* in ipsius *propriis terris* validior evaserat, Regis tamen imperium in partibus quibusdam, finibus in extremis regii dominii positis, valebat, in quibus, XIII° etiam saeculo evolvente, donec praepotentes fuerant episcopi, nullum prope fuerat. Feuda autem atque retrofeuda, quae a Rege (2) gabalitanenses acceperant nobiles, minoris quam illa, quae *tenebant ab episcopo* (3), aestimabantur. Jam ab hoc anno, ista omnia, quod ad justitiam attinet, episcopo et Regi communia declarantur. *Curia enim comitatus Gabalitani communis dominis Regi et episcopo, comiti Gabalitani*, ab iisdem instituta, in posterum ad *Terram communionis seu pariagii* pertinentes noverit causas (4). Rex igitur ex ea compositione majorem fructum percepit.

Episcopus autem pretio eo pacem et otium in diœcesi sua, jam longe rebellione vassorum suorum turbata, comparavit. Sed a Philippo IV etiam obtinuit ut

(1) J. Roucaute et M. Saché. Lettres de Philippe-le-Bel. Op. cit. p. 9.

(2) Cod. « Feuda Gabalorum » (Arch. Lozère. G. 757.) pp. 85-205. — Cf. inf. append. IV.

(3) Ibid. pp. 205-262.

(4) J. Roucaute et M. Saché. Lettres de Philippe-le-Bel. Op. cit. pp. 174 sqq.

confirmaretur (1) solenniter *auctoritas* ipsius *temporalis;* eà quidem in *Terra communionis* aequis juribus Coronae finita erat, munita tamen in ipsius ingenti dominio, quod *proprietatibus* Regis ac baronum praecipuorum hujus pagi praestabat, stabilius instaurabatur. Quo pariagio episcopi mimatenses postea magna cum sollertia usi sunt, ut regiorum injuriis ministrorum saepe feliciter obstarent.

Constat hoc pariagium nobilium impendio praecipue initum esse. Ea enim pactione mox cohibitum iri se sentiebant hi fortissimi domini, ab antiquissimis regni gentibus orti, (Beraldus de Mercorio, Astorgius de Petra, Marquesius de Caniliaco, Guillelmus de Castronovo, Raymundus de Andusia dominus Floriaci, etc.) (2), qui plerique Gabalitanum, arduam regionem, colebant, in qua libere eorum cuique vivere licebat. Vicarii vel bajuli regii Marologii, Uteciae, Mairosii, Andusiae, Alesti, qui plerique ex his finibus orti erant, olim (3) ipsis magis indulgebant, quam nunc gabalitanus ballivus; iste quidem externus erat, nomine Jacobus de Plasiano, frater unius (4) ex his qui regium jus acerrime defenderant, illiusque viri qui usque ad Marologium venerat ut dominis eisdem *fidelitatis juramentum*, pariagio servando, imponeret (5).

De hac societate, inter utrumque summum dominum, Regem et episcopum, instituta, cum amplis-

(1) J. Roucaute et M. Saché. Lettres de Philippe-le-Bel. op. cit. p 195.

(2) Ibid. p. 200.

(3) Ibid. p. 192.

(4) Guillelmus de Plasiano.

(5) Ibid. p. 196.

simi *barones*, tum *seniores* tenuissimi gabalitanenses saepius expostulaverunt (1). Sed, anno MCCCXLI, Philippus VI Rex praerogativas omnes pariagio firmatas agnovit (2), a quo propriam quasi speciem, quam usque ad annum M VII^c IV^xx IX servavit, Gabalitanum acceperat.

Secundum igitur pariagium, « *Gabalitani terrae* » tripartito tunc divisae sunt (3) :

« 1° *Terra communionis seu pariagii Gabalitani,*
2° *Terra propria episcopi,*
3° *Terra propria Regis* ».

Ex quo Rex in diœcesi mimatensi dominium comparaverat, nulla absoluta videtur inquisitio de his esse jussa ; sed jam undecimo die februarii, septimo post compositum pariagium, Philippus IV Guillelmo de Plasiano et Bellicadri senescallo mandavit (4) ut *de plano, sine strepitu et figura judicii* de *propriis possessionibus* Regis praesulisque inquirerent.

De quibus, prius apud Marologium, (in gredonensi vicecomitatu situm), posteriusque Barrae (in Geben-

---

(1) J. Roucaute et M. Saché. Lettres de Philippe-le Bel. Op. cit pp. 202-207. — Arch. Lozère. G. 872.

(2) Ibid. p. 208. — Arch. Lozère. G. 882.

(3) « Episcopatus et diocesis mimatensis ac totum Gabalitanum dividitur in tres partes, scilicet : in terram propriam domini Regis, *et est minor pars*, — secunda pars est terra propria domini episcopi, *et est pars magna et lata*, — tercia pars est terra barorum, comptorum, castellanorum et aliorum, quorumcumque jurisdictio est in terra sua, *pars ista latissima* ». Arch. Lozère. G. 9. [XIV^e saeculo ineunte].

(4) J. Roucaute et M. Saché. Lettres de Philippe-le-Bel. Op. cit. pp. 56-59.

nis montibus positae) vicissim est inquisitum (1) a Radulpho de Curtibus Jumellis, majore Bellicadri senescalliae judice, praesentibus Stephano Augerii, episcopi procuratore, et Hugone de Porta, procuratore Regis, quibus nominatim dictis, ut hoc legitime fungi possent munere, justa erat data auctoritas.

Anno igitur MCCCVII, uno et trigesimo sextilis mensis die, judex major multos e regione notarios convocavit, praesentesque eos jurare jussit, *Sancto Evangelio tacto, puram sibi dicer*[e] *veritatem*. Notarii Regem usucapione usum esse semper probaverunt : *dicentes interrogati omnes se predicta scire quia sic viderunt uti Regem toto tempore sue vite pacifice et etiam quia sic audiverunt dici a predecessoribus suis et nunquam viderunt contrarium.*

Quae inquisitio, cum eamdem sinceram fuisse compertum esset, tunc, Rege jubente (2), *in formam publicam redacta est*, et, bellocadrensi senescallo curante, promulgata.

Inde fit ut certe et plane cognosci nunc possit quae fuerint, regnante Philippo IV, regiae in Gabalitano *proprietates* regaliaque jura.

Quod si hanc inquisitionem (cujus nonnullae relationes in Archivis lesurensibus exstant, eodem tempore quo exemplar transcriptae) (3) evolvas, regiarum

(1) Cf. inf. Append. V.

(2) J. Roucaute et M. Saché. — Lettres de Philippe-le-Bel. Op. cit. pp. 69-73.

(3) Cf. inf. Append. IV.

in Gabalitano *proprietatum*, quae fuerunt xiv° saeculo ineunte, indicem plenum notare tibi licebit.

In duas partes glomeratae sunt:

1° *Vicecomitatus de Gredona*, scilicet *bajuliae de Marologio et de Chiraco*, cum *terris* quae *communes tenebantur* a Rege atque a domino de Caniliaco.

2° *Bajulia Sancti Stephani de Vallifrancesca*, cum regiis terris in hac Gebennarum regione sitis, quae, xvi° sæculo, *Inferius Gabalitanum* dicta est (1).

Hae bajuliae autem xii° saeculo jam exstabant. Aragonum enim Reges Marologii bajulum suum habebant, domini etiam de Salvio apud Sanctum Stephanum. Hic igitur, ut alibi, in his regionibus nuper acquisitis, partes descriptas ad administrationem jusque dicendum Capaticii integras servaverunt.

Quae Regum *proprietates*, in Gabalitano sitae, anno MCCCVII, inferius enumerantur :

---

(1) Cf. Thesim nostram gallicam. p. 35.

I

VICECOMITATUS GREDONENSIS

A

« *Villa Marologii circumstantesque mansi* »

In *locis et tenementis infrascriptis alta et bassa jurisdictio* (1) est Regis, ad quem *judices, bajulos, notarios atque curiales instituere vel destituere* attinet. *In uno tamen e dictis locis, videlicet in manso seu villa Marologii, fiunt communi nomine domini Regis et domini de Petra* (2); *et etiam de emolumen-*

(1) « [Basse justice]...... Affaires de simple police n'intéressant ni l'état des personnes, ni l'état des terres. — [Haute justice]..... Affaires de toute espèce, crimes de droit commun entraînant une punition corporelle ». — A. Molinier. Hist. Lang. t. VII.

(2) « Dans un combat entre les troupes d'Astorg [de Peyre] et celles de Hugues, comte de Rodez, ce dernier fut fait prisonnier [milieu du XII[e] siècle]. Pour obtenir sa délivrance, Raymond Béranger, roi d'Aragon, accorda au seigneur de Peyre la moitié de tous les droits qu'il avait dans la ville de Marvejols. Telle fut l'origine des droits que les Peyre eurent sur cette ville. » F. André. La Vicomté de Gévaudan..... op. cit. pp. 357-358.

tis provenientibus ratione curie et jurisdictionis in villa seu manso Marologii, curiales domini Regis habentur reddere medietatem domino de Petra.

Quorum nomina *locorum* sunt haec :

villa seu mansus Marologii
mansus de Granerio
mansus de Altrenato
mansus del Chansonel
mansus de Fabricis
mansus de Gratapalha
mansus de Fabrigetis
mansus de Bassaireta
mansus dels Espinossas
mansus del Bosc River
mansus de Calberto
mansus de Roveyreta
mansus de Rocols.

B

« *Castrum de Chiraco et mandamentum suum* »

In hoc castello *mansisque infrascriptis alta et bassa jurisdictio* Regis est ; *domini* tamen *alii pariarii de Chiraco percipiunt medietatem emolumentorum per manus curialium regiorum :*

castrum de Chiraco
mansus de Ras
mansus de Blancheria
mansus de Salvagrossa
mansus de la Valeta
mansus de Regourdel
mansus de Roveria
mansus dels Bossos
mansus del Serre
mansus de Crupsola
mansus vocatus Massibert
mansus del Mon
mansus de Chacotagrolata
mansus de Chaletis
mansus de Villanova
mansus de Fraxineto
mansus del Boscal
mansus del Vilareto Aynart
mansus de Altayraco
mansus de Fabrigis ramadis
mansus de las Redondas
mansus del Crozier
mansus Palhassas
mansus de Malbos
mansus de Saulholas
mansus de la Doveza
mansus del Favet
mansus de Turreta (1)

---

(1) In hoc *manso directum domanium, bannia et justicie, sine parte alterius,* Regis sunt.

mansus de Coeyras
mansus de Roveria
mansus de Sancta Sussana
mansus vocatus Pueg Rousset
mansus del Montasset

C

« *Castrum de Gredona et mandamentum suum* »

In hoc castello et *mansis infrascriptis omnimoda alta et bassa jurisdictio, sine parte alterius*, est Regis:

castrum de Gredona
mansus de Brugeriis
mansus de Pradas
mansus de Palharetz
mansus de Pradassos
mansus de Clujanis
mansus de Malavielha
mansus de Pejas
mansus de Bodos
mansus de Charnerio
mansus de Chall[eyr]aco
mansus de Chausserans
mansus de Claurissas

mansus de Rocheta
mansus de Scuris
villa et mansus de Palheriis (1).

D

« *Villa de Canonica et mandamentum suum* »

Dominus Rex et dominus de Caniliaco communiter (2) et pro indiviso habent omnimodam jurisdictionem, altam et bassam, in villa de Canonica ac suo mandamento, exceptis mansis et locis inferius nominatis. Item habent ibi pedagium commune et pro indiviso, et ibidem habent instituere communiter et destituere judices, bajulos, notarios, servientes et alios officiales..... Item habet dominus Rex solus exercitum et cavalcatas, excepto manso de Fongilio, per quadraginta dies.

Quorum nomina *locorum* sunt haec :

castrum Sancti Amantis
castrum Sancti Stephani
mansus de Frayceneto

---

(1) In hac *villa* Regis est *alta jurisdictio, alia* autem *preceptoris vel commandoris de Palheriis.*

(2) Cf. infra. p. 59. not. 1.

mansus de Balmis
mansus de Roqueta
mansus de Crozetis superioribus
mansus de Crozetis inferioribus
mansus de Roveyreta
mansus de Brozielheras
mansus de Catuzieras
mansus dels Tremontels
mansus de Rivo Ausselli
mansus de Monteto Estivenenc
mansus de Monteto de Salecis
mansus de Mazaleto
mansus de Monteto
mansus de Fregeria
mansus de Tresmolis
mansus de Nassa
villa de Banassaco
mansus dictus Lo Mas
mansus del Mazel
mansus del Orden

In *mansis* infrascriptis Regi dominoque de Caniliaco *alta jurisdictio* tantum communis est. *Prioris* autem *de Canonica* est *minor,* cujusdam compositionis causa :

mansus Flor de Frayneto
mansus del Montet la Balma
mansus de Mujolano
mansus de Concas
mansus de la Cayrosas
mansus de Monteto de Pendedis
mansus de la Bastida

mansus de la Grayniera
mansus de Malavilla inferior
mansus de Malavilla superior
mansus de Rosasparetz
mansus de Tensonivas
mansus dels Abricz
mansus de la Folia dels Cadols
mansus Regaffre
mansus de Bonipau
mansus de Capella
mansus de la Viletta
mansus de las Vernedas
mansus de Maldeffre

In *manso de Fongilio* Regis dominique de Caniliaco *ressortum* est, *alta* autem *et bassa jurisdictio* domini de Esquino militis.

In *manso de Roca*, Regis dominique de Caniliaco est *alta jurisdictio*, *bassa* autem Raymundi de Sala mimatensis canonici.

E

« *Castrum de Nogareto et mandamentum suum* »

Rex et dominus de Caniliaco communiter et pro indiviso habent, ratione pariagii (1) et associationis facte inter ipsos, in castro de Nogareto et suo mandamento, exceptis locis inferius nominatis, omnimodam jurisdictionem, altam et bassam, et habent ibidem instituere et destituere judices, bajulos, servientes et alios officiales communiter et pro indiviso :

Castrum de Nogareto
mansus del Ausselenc
mansus de la Forest
mansus del Nogardel
mansus de Calmetis
mansus de Sancto Petro

(1) Exemplar quoddam illius pariagii olim in Archivis lesurensibus exstabat (G. 82) ; in quibus nunc frustra illud requiras. Presbyter quidam, qui in vico dicto *Saint-Martin-de-Boubeaux*, in Gebennis montibus posito, incolit, nomine Pourcher, exemplar ex illo transcriptum quod in Archivis fuit possidet ; sed iis, qui illud ab eo impetrant, non exhibet.

mansus de Donadoria
mansus del Cun
mansus de Porcaressis
mansus dels Bossos
mansus del Monfelgos
mansus de Combafelgosa
mansus de Brolheto
mansus del Besset
mansus de las Trunquetas
mansus del Pojet
mansus de Montagudeto
mansus de la Plana
mansus seu villa de Sancto Germano
mansus seu villa de Nogareto
mansus de Puegustays
mansus de Chancros
mansus de Choyros
mansus de Teuleto
mansus de Feriolesco
mansus del Bosquet miraval
mansus de Violhas

In *manso de Treslano* Regis dominique de Caniliaco est *alta jurisdictio*, *minor* autem Hugonis de Nogareto.

In grangia de Planhis, territoriisque de Malhabueu, de Chantacogut, de Roveria, Regis dominique de Caniliaco *alta jurisdictio* est, *minor* autem *Hospitalis de Alto Braco (1)*, compositionis cujusdam causa.

---

(1) Aubrac.

II

PRISTINAE DOMUS DE SALVIO « PROPRIETATES »

A

« *Mansi et territoria infra vicariam de Mairosio* » *(1)*, in diœcesi autem mimatensi, sita.

Mansus de Sancto Petro de Stupra. In hoc *manso jurisdictio alta et bassa* Regis est, *bannia* autem *compulsionesque debitorum Prioris de Roserio.*

Mansus de la Viala; in hoc *manso* Regis est *alta et bassa jurisdictio :*

mansus de Bosdomerga ;	id.
mansus del Ricardenc ;	id.
mansus de Ribalta sive de la Bastida ;	id.
mansus Eran ;	id.
mansus de Bastida ;	id.
mansus de Montiniaco ;	id.

---

(1) Errat igitur A. Molinier : « La plus ancienne mention d'une *Viguerie de Meyrucis* remonte à l'an 1363 ». Hist. Lang. t. XII. p. 341. — Cf. M. Saché et J. Roucaute. Lettres de Philippe-le-Bel. op. cit. pp. 51, 66, 87, 198.

mansus de Berenhas; id.
mansus de Vilareto; id.
mansus de Cazinovis; id.

villa de Roserio; in hac *villa* Regis est *alta jurisdictio.*

Castrum de Capluc et *mandamentum* suum ; hic Regis est *alta et bassa jurisdictio.*

Territorium de Gozetas; id.
Territorium de las Escudeletas id.
Territorium de Gaudiaco; id.
Territorium de Malbosc; id.

B

« *Proprietates regiae* » *in montibus Gebennis sitae.* *Bajulia Sancti Stephani (1).*

« Castrum et villa sancti Stephani » *;* hic Regis est *alta et bassa jurisdictio, exceptis duodecim ignibus dicte ville, in quibus.... Petrus Guillelmi, domicellus, habet bassam jurisdictionem, quam dictus Petrus Guillelmi tenet in feudum a Rege, pro*

---

(1) *Vicaria de Vallifrancesca* [x^e saeculo]. — Hist.Lang.t. xII. p. 341.

quarta parte et pro alia quarta parte a domino Alesti (1), *et pro dimidia a domino de Floriaco* (2); *et in ipsis duodecim ignibus dicti Rex, dominus Alesti et dominus de Floriaco habent altam justitiam pro partibus superius declaratis, excepto Bremundo de Campo qui est homo domini de Floriaco in quo dominus de Floriaco habet altam et bassam justitiam.*

In *mandamento* ejus castelli siti sunt :

mansus de Cabrespic; hic Regis est *alta et bassa jurisdictio* ;

mansus de Pereto id.

mansus de Meyrano id.

In *mansis Bernardi, de Cantalobas et del Deveset*, « *cavalcate et tallie* » Regis sunt, Petri autem de Barra, militis, *alta et bassa jurisdictio.*

Mansus Petri de Fara: hic Regis est *alta et bassa jurisdictio* ;

mansus de Vallamaleta id.

mansus de Sala id.

mansus de Esclopia id.

mansus Hugonis de Solario id.

mansus de Abricis de Seris id.

mansus Gaufrenes id.

mansus de Seris id.

mansus de Podio Rotundo id.

mansus de Fenils id.

mansus Ricardi id.

mansus de Espinassone id.

---

(1) Alais. — *Départ.* Gard.

(2) Florac. — *Départ.* Lozère.

mansus de Cabana Magra id.
mansus de Felgos. In hoc *manso* Regis est *alta jurisdictio*.
mansus del Espinassonel id.
mansus Garimon. In hoc *manso* Regis est *alta et bassa jurisdictio*.
mansus de Comba id.
mansus de Podio id.
mansus de Solario id.
Hospitia Pontis del Brugen id.

IN PAROCHIA SANCTI GERMANI DE CALBERTA sita sunt:
mansus de Liqueria; in hoc *manso* Regis est *alta et bassa jurisdictio*;
mansus de Verneto de Flandonenca id.
mansus de Bastida id.
mansus de Camporedonello id.
mansus de Thonato id.
mansus de Lecheyrola; in hoc *manso* Regis est *alta jurisdictio*;
mansus de Poyrogos id.
mansus del Girbertenc; in hoc *manso* Regis est *alta et bassa jurisdictio*;
mansus de Nogareto id.
mansus de Ranadello id.
mansus del Galabertenc id.
castrum de Calberta id.
mansus de Castandello; in hoc *manso*, in duobus *ignibus* tantum, Regis est *alta et bassa jurisdictio*;
mansus de Crespolo; in hoc *manso*, in septem *ignibus*, Regis est *alta et bassa jurisdictio*;

mansus del Calbertet; in tertia parte hujus *mansi* Regis est *alta et bassa jurisdictio*.

In parochia Sanctae Crucis sita sunt :

villa Castanerii; in hac *villa* Regis est *alta et bassa jurisdictio*;
hospicium Gerardi Martini; id.
mansus de Galtaresco; in tribus *ignibus* ejus *mansi* Regis est *alta et bassa jurisdictio*;
mansus de Bastida; in hoc *manso* Regis est *alta et bassa jurisdictio*;
mansus de Masello id.
mansus de Fabrica id.
mansus de Sala id.
mansus de Roca id.
mansus de Tegula id.
mansus de Boria id.
mansus de Besseda id.
mansus de Larzaiols et de Podio id.
mansus de Meleto id.
mansus de Rosadis id.
mansus de Roveria id.

In parochia de Molezo siti sunt :

mansi de Fabrica et de Prunaria, quorum in tribus *ignibus* Regis est tantum *alta jurisdictio*;
mansus de Masello Britonis, cujus in uno *igni* Regis est *alta et bassa jurisdictio*;
mansus de Tegula de Molezo; hic Regis est *alta jurisdictio*;
mansus inferior de Trabassaco id.

*

In parochia Vallisfranciscae siti sunt :

mansus de Fobiis

mansus de Falgeriis

mansus de Roqueta ; in his tribus *mansis* Regis est *alta et bassa jurisdictio ;*

mansi de Saltu, de Lacu et de Gotanieira ; in eis *mansis,* viginti *ignes* domino Alesti et Regi communes sunt, in quibus est amborum *alta et bassa jurisdictio ;*

hospital de Pendedis ; hic Regis est *alta et bassa jurisdictio.*

In parochia de Vebrono sita sunt :

mansus de Monte acuto ; hic Regis est *alta et bassa jurisdictio ;*

mansus de Bastida id.

mansus de Rocolis id.

mansus de Vallemala. In tribus *ignibus* tantum Regis est *alta et bassa jurisdictio;*

domus Johannis de Brossos id.

territoria de Usclat, de Deidon, de Faja et de Solperieras id.

Villa de Vebrono ; in quatuordecim *ignibus major jurisdictio* Regis est.

In parochia de Balmis siti sunt :

mansus de Balmis ; hic Regis est *alta et bassa jurisdictio.*

mansus Lautardi ; in quinque *ignibus* Regis est *alta et bassa jurisdictio.*

mansus Lauterii ; in tribus *ignibus* Regis est *alta et bassa jurisdictio.*

mansus de Castaneto ; hic Regis est *alta et bassa jurisdictio.*

In parochia de Cassaniaco sita sunt :

mansus de Croso inferiori ; in septem *ignibus alta et bassa jurisdictio Regis est.*

mansus de Croso superiori ; in sex *ignibus* Regis est *alta et bassa jurisdictio* ;

mansus de Bogezeto ; hic Regis est *alta et bassa jurisdictio* ;

mansus de Cureyras ; id.

mansus de Roveria ; hic « *cavalcate* » tantum Regis sunt.

mansus del Pradal; in quinque *ignibus* Regis est *alta et bassa jurisdictio* ;

mansus de Sala ; in uno *igni* Regis est *alta et bassa jurisdictio* ;

villa de Cassaniaco ; in undecim *ignibus* Regis est *alta et bassa jurisdictio*, — in sex *ignibus cavalcate.*

mansus de Bobalibus ; hic Regis est *alta et bassa jurisdictio* ;

mansus de Estavolo ; in sex *ignibus* Regis est *alta et bassa jurisdictio* ;

Territorium de Montegrosso ; hic Regis est *alta et bassa jurisdictio* ;

Quarta pars castri de Escamosso ; in qua Regis sunt *alta justitia et alberga unius militis et unius servientis* ;

Hospital de Vadofrancisco ; hic Regis est *alta jurisdictio.*

PAROCHIA TOTA DE CECILIA DE MOLEZO. HIC Regis est *alta et bassa jurisdictio.*

PAROCHIA TOTA SANCTI MARTINI DE BOBALIBUS. *Idem.*

PAROCHIA DE CAMBONO DE DEZIS. Idem, in viginti tribus *ignibus.*

PAROCHIA SANCTI MARTINI. Idem, in duobus *ignibus.*

CASTRUM DEL LUNES. Idem, in duobus *ignibus.*

CASTRUM TOTUM DE MAYRERIS.

CONCLUSIO

Quum ergo, XIII° saeculo evolvente, dominii sui fines in Gabalitano prolatavissent Capaticii, obvios habuerunt mimatenses episcopos, qui suam dioecesim totam reipsa regendam sibi arrogabant. Ut mos erat, ictum est pariagium, quo praesulis jura, quae non quidem diserte a Ludovico VII (anno MCLXI) et Ludovico IX (anno MCCLXVI) erant agnita, consuetudineque maxime et usucapione viguerant, definita tandem firmataque a Philippo IV anno MCCCVII publice sunt.

Etsi imminuebatur profecto mimatensis episcopi auctoritas hac potestatis divisione in *Terra communionis seu pariagii Gabalitani,* major tamen hoc pacto securitas ejus evadebat : novi enim judiciales ministri qui episcopi Regisque simul vicarii erant, ad coercendos gabalitanos nobiles, (si forte hi dioecesi injicient tumultum), jam tum valebunt. — Pariagio denique peracto, praesuli minor jam timor erat ne Rex in Gabalitano novas acquireret regiones, quippe cum Philippus IV se nunquam ibi dominium aucturum esse etiam pollicitus esset : « *Non poterimus, nos vel successores nostri, in comitatu, episcopatu et terra Gabalitanorum, aliquid aliud proprium de novo*

acquirere, vel habere, ex quacumque causa vel titulo, extra loca propria et a nobis supra retenta » *(1)*. Quae, cum ita promissa fuissent, a Philippo IV ejusque successoribus fideliter servata sunt.

Regiae imo *proprietates* in Gabalitano, jam ab ipso medio quarto decimo saeculo, alienari coeptae sunt. Etenim, anno MCCCXLIV, Philippus VI Rex Humberto Viennensi Delphino concedit bajuliam Sancti Stephani de Vallifrancesca. Hoc quidem tempore res publicae non jam eodem modo quo XII° vel etiam XIII° saeculo geruntur : eamdem sane auctoritatem qua quondam fruebatur, — dum in Gallia vassis feuda multa concedebat ipse, — servat Rex ; ei tamen nova quaedam (et haec quidem haud parvi momenti) addita est ex quo Quiritium jure Romanorum ministri regii uti coeperunt. Quum ad Curiam suam frequentiores factae essent provocationes, majoresque mensariae opes, sic XIV° saeculo validiorem, quam aliquid agri possidendo, Rex auctoritatem sibi comparavit.

(1) M. Saché et J. Roucaute. Lettres de Philippe-le-Bel. op cit. p. 183.

APPENDICES

I

EXCERPTA EX INQUISITIONE DE REGIS ARAGONUM JURIBUS IN GABALITANO, APUD CORBOLIUM COMPOSITIONE PERACTA [ANNO MCCLVIII], A SENESCALLO BELLICADRI FACTA.

Die lunae post Reminiscere,
anno MCCLXI (1).

(Arch. Lozère. G. 457).

Fulco de Tornello, miles hospitalarius, dixit se nichil scire hoc excepto quod, de mandato Regis Aragonum, ipse testis accessit ad Stephanum, mimatensem episcopum, eo tempore quo dominus Rex Francie recedebat de Avenione, et dixit ei, ex parte Regis Aragonum, quod redderet ei castrum de Gredona ; et ostendit dicto episcopo litteras credencie ex parte Regis Aragonum.

Et episcopus respondit ei quod non redderet ei dictum castrum quia multas expensas fecerat in dicto castro ; et tandem dictus episcopus restituit ei dictum

(1) 21 mars 1262. Cf. sup. p. 37.

castrum, et ipse posuit bajulum suum in dicto castro, scilicet Borellum de Gredona.

Et postea, videns quod melius custodiret dictus episcopus dictum castrum ad opus Regis Aragonum quam alius, tradidit seu comendavit dictum castrum dicto episcopo ad custodiendum nomine Aragonum.......

....

Post hoc dixit se vidisse et audivisse quod dictus dominus Rex Francie requisivit, apud Sanctum Florum (1), dictum dominum episcopum mimatensem, scilicet Stephanum, quod sibi dictum castrum de Gredona traderet. Et similiter dictus Stephanus tradidit dictum castrum dicto domino Regi Francie.........

....

....

Item dixit quod ipse tractavit cum dicto Stephano, mimatensi episcopo, quod ipse faceret quod Rex Aragonum recognosceret (2) dicto episcopo castrum de Gredona se tenere ab eo et super hoc facere sibi mittere litteras..... ».

---

(1) Cf. supra. p. 21. Anno MCCXXVI.
(2) Cf. supra. p. 20. Anno MCCXXV.

II

Excerpta ex inquisitione de mimatensis episcopi juribus in Gabalitano facta (1).
(1269-1271)

(Arch. Nat. J. 894. — 9)

« .... Dominus Astorgius de Petra miles testis .... dixit quod major dominatio episcopatus gabalitani, quantum ad temporalem dominationem pertinet,[est] et fuit episcopi mimatensis, exceptis illis que dominus Rex tenet ibi ad manum suam, et exceptis illis que ibidem tenet ab eo.

Interrogatus qualiter scit, dixit quia vidit ipsum episcopum uti majore dominatione.....

Item dixit se scire dictum dominum Guillelmum de Petra episcopum convocasse barones gabalitanenses tamquam majorem dominum.

Interrogatus in quibus casibus, dixit in guerra Marologii (2), quando obsedit dictum castrum, et vidit quod tutores sui valuerunt dicto domino episcopo pro ipso, et in dicta guerra vidit etiam ibi dominum Guigonem de Apcherio qui tenebat terram nepotis sui,

---

(1) De his inquisiverunt « Petrus Almeras et Raymundus de Ripparita jurisperiti », Ludovici IX jussu.

(2) Cf. sup. p. 17.

dominum Raymundum de Andusia et dominum Guigonem, patrem domini Randoni, et alios plures de quibus non recordat ....

Item dixit quod pluries barones gabalitani veniebant — et, ut dicebatur, mandato dicti episcopi — ad ipsum episcopum, et considebant cum eo et habebant consilium inter se. Interrogatus quare veniebant, dixit quod vel tam pacis vel pro guerris ipsius episcopi.....

Item vidit quod, quando dominus Stephanus fuit factus episcopus mimatensis, fecit venire omnes barones gabalitanos coram se, non tamen credit quod inter eos esset aliquis qui non teneret aliquod in feudum ab episcopo, et tunc omnes juraverunt ei fidelitatem et fecerunt homagium pro regalia et pro feudis que tenebant ab eo, et recognoscendo feuda fuit cautum quod coram eo de persona sua responderent et ipse suppleret deffectus juris eorum....................
...Requisitus de tempore, dixit quod xxx anni sunt et plus quod hoc fuit.... ».

III

Excerpta e codice dicto « Alestum », de Pariagio xiv° saeculo scripto.

(Arch. Lozère. G. 872).

« Dura la cause trente cinq ans et plus avant que arrest en fust rendu.

Item que ainsi demoura jusques a tant que home de bonne mémoire, feu Monsieur Guilhaumes Durans, evesques de Mende pour le temps, poursuivit le Roy et sa Court a tele et si grant diligence comme il pust afin que arrest fust rendu pour lui ou contre lui sur les choses dessusdictes.

Item que a faire ladite prosécution estoit astrainz lediz evesques pour ce que durant le plait et la question dessusdiz les drois de l'Eglise aloient a perdition, li pays estoit en pestilences et miseres et en guerres, li nobles entreprenoient et usurpoient les drois de souveraineté et aultres drois appartenans à l'Eglise, li biens des Eglises et des bonnes gens du paiz estoient prins, ravis et envoiez oultre le Rosne et hors du Royaume et estoient contrains a eulz rachater a volonté sanz ce que justice ou vengeance fust prinse pour cause et occasion du fait dessusdit.

Item que au temps dessusdit se efforcèrent de usurper li diz nobles ...... les drois de souveraineté, com-

me d'avoir le premier ressort en lours terres et juges des premières appellations, et encore s'efforcent d'en abuser li aucuns d'iceux ; et pour ce que ils les puissent retenir s'efforcent de mettre ledit evesques et sondit evesché en procès, débat et dissipation contre le Roy, ce que ils ne feront mie si Dieu plaist et la justice de la Court (1).

Item que li Roys Philippes li Biaus, qui pour le temps estoit, considérant le long temps que la cause avoit duré et les inconvéniens dessusdiz, commanda à feu messire Guillaume de Placien (2) et a feu messire Guillaume de Nogaret que eulz, toutes choses laissiées, s'entendissent avec nosseigneurs de Parlement, qui pour le temps estoient, à mettre ladicte cause à fin.

Item que lidit messire Guillaume et messire Guillaume visitèrent ledi' procès et l'examinèrent avecque ledictes gens de Parlement et le Conseil du Roy a tele et si grant délibération comme par deux ans entiers et tant qu'ils en firent un grant livre de raisons, et finalement fust jour assignez devant le Roy pour plaidier ladite cause, et furent proposées par lesdiz messires Guillaume cent raisons pour le Roy, a ceste fin que li procez fust mis au nient et qu'il ne feust ou deust estre jugiez.

Item que de par ledit evesques fust défendu au contraire. Et finallement, oyes les parties en tout ce que elles volrent dire et proposer, fust dit, et par arrest, que li diz procès tenoit et valoit, et estoit en

---

(1) J. Roucaute et M. Saché. Lettres de Philippe-le-Bel. op. cit. p. 207.

(2) Guillaume de Plaisians.

estat de jugier et qu'il seroit jugiez .... Dès lors feust traitié avecques li dit evesques que transaction, pariage ou composition se feist entre li Roy et luy, et pour ycelui traitier et faire furent mandez li seneschal de Carcassonne et Biaucaire et les genz du Roy du pays, pour savoir les drois du Roy et que les choses se feissent au proufit du Roy, du Royaume et de la Couronne de France.

Accord faict

Ce fust faict, traictié et accordé par tout le Grant Conseil du Roy, le chancelier et les aultres, qui pour le temps estoient, par l'evesques de Magalonne, conseiller du Roy, qui savoit les drois de Javaudain, et ceuls qui povoient appartenir au Roy et a l'évesques.

Item que deux cardinaux légats du siège de Rome, c'est assavoir Monsieur de Tusculum et Monsieur Estienne de Bruges par l'autorité du dit siège volrent que ledit accort, transaction et pariage teinst et demourast en force d'accort, transaction et pariage.

Item que pour ce que en vérité lidiz evesques estoit grevez par ladite composition, pariage ou transaction, li fu convenancié par le Roy, Philippes li Biaus, qui pour le temps estoit, les dictz cardinaux et les dessusdictz messires Guillaume de Placien et de Nogaret qu'ils poursuivroient par devers le siège de Rome que on li asserroit et a son evesché cin cenz livres de rente sur aucuns priourez du Javaudain...... ».

IV

De codicibus « Feuda Gabalorum » et « Rex et Episcopus » dictis.

(Arch. Lozère. G. 757 et 763).

De *proprietatibus regiis in Gabalitano*, Philippo IV regnante, duo praecipue sunt codices evolvendi : hic « Feuda Gabalorum » dictus, ille autem « Rex et Episcopus ».

I

In codice « Feuda Gabalorum » [alt. 0m33 - lat. 0m23], anno 1307 in pergamena scripto, legere est :

a) Inquisitiones de *proprietatibus regiis in Gabalitano* .... pp. 1-29

b) Inquisitiones de *proprietatibus episcopalibus*.............................. pp. 29-61

c) Inquisitiones de *feudis et retrofeudis que tenentur seu a Rege, seu ab episcopo*... pp. 61-85

d) *Feuda que a Rege tenentur*..... pp. 85-205

e) *Feuda que ab Episcopo tenentur*. pp. 205-262

II

In codice « Rex et Episcopus » [alt. 0m29, - lat. 0m21], ineunte XIII° saeculo in pergamena scripto, legere est :

a) *Barones et nobiles, qui feuda tenent in Gabalitano ab episcopo mimatensi*............ f° 1-61

b) Inquisitiones de *proprietatibus regiis* f° 61-79
c) Inquisitiones de *proprietatibus episcopalibus* .... f° 79-100
d) Inquisitiones de *feudis et retrofeudis que seu a Rege seu ab Episcopo tenentur*...... f° 100-116
e) *Feuda que a Rège tenentur*........ f° 116-206
f) *Feuda que ab Episcopo tenentur*... f° 206-252

III

Codex dictus « Rex et Episcopus » nobis transcriptus esse videtur a scribis episcopi mimatensis e codice « Feuda Gabalorum » dicto, quem, ut verisimile est, regales scribae in Bellicadri senescallia scripserunt (1). Quorum supra dictorum testimonia haec :

1° Litterae in codice « Feuda Gabalorum » tenuiores sunt atque accuratius factae ; harum grandes saepe ornatae sunt ; quae autem absunt in codice « Rex et Episcopus », quod operis est imperfecti signum.

2° Primis in paginis codicis « Rex et Episcopus » leguntur nobilium nomina qui feuda tenent a mimatensi episcopo ; quae nomina,sine dubio, Guilhelmi II

---

